Vt tibi grata ſint dn̄e mūera ppl̄i tui ſupplicātis ab ol ꝗs cōtagiōe puerſitatꝫ emūda. p. Cōio Dixit dn̄s implete hydꝛias aqua ⁊ ferte architriclino/et dū guſtaſſet architriclinus aquā vinū factū dixit ſponſo ſeruaſti vinū bonū vſqꝫ adhuc hoc ſignū fecit ieſ⁹ primū corā diſcipulis ſuis. Poſtcōmunio.

Augeatur i nobis dn̄e ꝗs tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati ſacramentis/ad eoꝝ promiſſa capiēda/tuo ſemper munere preparemur. Per dn̄m noſtrū

C Feria quarta. Ad thimotheum.

Kariſſime: Fidelis ſermo: ⁊ omni acceptione dign⁹. Qꝛ xp̄s ieſus venit i hunc mundū peccatoꝛes ſaluos facere: quoꝛum primus ego ſum. Sed ideo mīam cōſecutus ſum: vt in me primo oſtenderet xp̄s ieſus omnē potentiā ad informationem eoꝛum qui credituri ſunt illi/in vitam eternam. Regi autem ſeculoꝝ immoꝛtali/inuiſibili/ſoli deo honoꝛ et glīa: in ſecu la ſeculorum. Amē. Scḋm marcū.

6.ca. IN illo tpe: Egreſſus ieſus abijt in patriā ſuā: ⁊ ſequebantur illū diſcipuli ſui. Et facto ſabbato cepit in ſynagoga docere. Et multi audiētes: admirabantur ī doctrina eiꝰ dicentes. Unde huic hec oīa: Et q̄ eſt ſapiētia que data eſt illi: ⁊ virtutes tales que per manus eiꝰ efficiūtur? Nonne hic eſt faber filiꝰ marie: frater iacobi ⁊ ioſeph: et iude ⁊ ſymonis? Nōne ⁊ ſorores eiꝰ hic nobiſcū ſunt? Et ſcādalizabātur in illo. Et dicebat eis ieſus Quia nō eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua: ⁊ in domo ſua ⁊ in cognatione ſua. Et nō poterat ibi virtutē vllā facere niſi paucos īfirmos impoſitis manibꝰ curauit Et mirabat̄: ꝓpter īcredulitatē eorū. ❡ Feria vi. Epła. Ad romanos

14.c. FRatres: Scio et ꝯfido ī dño ieſu: qꝛ nichil ꝯmune ꝑ ipſū niſi ei qui exiſtimat qḋ cōmune eſſe: illi cōe eſt. Si eni propter cibuꝫ frater tuus ſcādalizatur aut cōtriſtat̄ iā non ſcḋm caritatem ābulas Noli cibo tuo illū ꝑdere pro quo xp̄s mortuus eſt. Nō ergo blaſphemet̄ bonū noſtrū. Nō eſt ei regnū dei eſca ⁊ potꝰ ſꝫ iuſticia pax ⁊ gaudiū in ſpū ſancto. Qui eni ī hoc ſeruit xp̄o: placet deo et probatus eſt hominibus. Itaqꝫ que pacis ſūt ſectemur: ⁊ q̄ edificationis ſunt inuicem cuſtodiamꝰ. Noli ꝓpter eſcā: deſtruere opꝰ dei. Omnia quidem mūda ſunt: ſꝫ malū eſt homini qui per offendiculum māducat. Bonū eſt nō māducare carnem: et non bibere vinum: neqꝫ in quo frater tuꝰ offenditur aut ſcandalizat̄ aut infirmatur. Tu fidem quā habes: penes temetipſū habe corā deo. Beatus q̄ non iudicat ſemetipſum: ī eo qḋ ꝓbat. Qui aūt diſcernit ſi manducauerit: dānatus eſt / qꝛ nō eſt ex fide. Omne aūt quod nō eſt ex fide peccatum eſt. ❡ Secūdum lucam.

4.ca. IN illo tpe. Deſcendit ieſꝰ in capharnaū ciuitatē galilee: ibiqꝫ docebat illos ſabbatis Et ſtupebāt in doctrina eius: qꝛ in poteſtate erat ſermo ipſiꝰ Et in ſynagoga erat homo habēs demoniū immūdū: et exclamauit voce magna dicens. Sine. Quid nobis ⁊ tibi ieſu nazarene? Veniſti perdere nos. Scio te: qꝛ ſis ſanctꝰ dei. Et increpauit illū ieſus: dicēs. Obmuteſce et exi ab eo. Et cū proieciſſet illud demoniū: in mediū exijt ab illo nichilqꝫ illū nocuit. Et factus eſt pauor in oībus: et colloquebātur ad inuicem dicētes. Quod eſt hoc verbum: qꝛ in poteſtate et virtute imperat ſpiritibus immundis / et exeunt. Et diuulgabatur fama de illo: in omnem locum regionis.

❡ Dñica iiij. poſt oct. epy. Officiū.

ADorate deum oēs angeli eius: audiuit ⁊ letata eſt ſyon / et exultauerunt filie iude. ps.96. ps Dominus regnauit exultet terra: letentur inſule multe. Gloria patri et fi. Oratio.

OMnip̄s ſempiterne deus infirmitatem noſtrā propicius reſpice: atqꝫ ad protegēdum nos dexteram tue maieſtatis extende. Per dominum noſtrum. Ad romanos.

12.c FRatres. Nolite eſſe prudentes apud voſmetip̄ſos. Nulli malū ꝓ malo reddētes. Prouidentes bona: nō tm̄ corā deo ſꝫ etiā corā oībꝰ hoībꝰ. Si fieri poteſt qḋ ex vobis eſt: cū oībꝰ hoībꝰ pacē habētes. Nō noſmetip̄ſos defendētes cariſſimi: ſꝫ date locū ire. Scriptū eſt enim. Michi vindictā: et ego retribuā dicit dñs. Sꝫ ſi eſurierit inimi

cus tuꝰ: ciba illũ. Si ſitit: potũ da
illi. Hoc eñi faciẽs: carbões ignis
cõgeres ſuper caput eiꝰ. Noli vinci
a malo: ſed vince in bono malũ.
ps.101 Gr. Timebũt gẽtes nomen tuum
dñe: et oẽs reges terre gloriã tuã.
V. Qm̃ edificauit dominꝰ ſyon: et
videbit in maieſtate ſua. Alleluya
ps.96. V. Dñs regnauit exultet terra letẽtur
inſule multe. Scd̃m matheũ.

s.A. IN illo tpe. Cũ deſcendiſſet ieſus
de mõte: ſecute ſunt eum
turbe multe. Et ecce leproſus veniens:
adorabat eũ dicẽs. Dñe ſi vis
potes me mũdare. Et extẽdens ieſꝰ
manũ: tetigit eũ dicẽs. Volo: mũdare.
Et confeſtĩ mũdata eſt: lepra
eiꝰ. Et ait illi ieſꝰ. Vide nemini dixeris.
ſꝫ vade oſtẽde te ſacerdoti: et
offer munus tuum quod precepit
moyſes in teſtimoniũ illis. Cũ autem
introiſſet capharnaũ: acceſſit
ad eũ centurio rogãs eũ et dicens.
Dñe / puer meus iacet in domo paraliticꝰ:
et male torquetur. Et ait
illi ieſus. Ego veniã: et curabo eũ
Et reſpõdẽs cẽturio: ait Dñe / non
ſũ dignꝰ vt intres ſub tectũ meũ: ſꝫ
tantũ dic verbo / et ſanabitur puer
meꝰ. Nã et ego hõ ſum ſub poteſtate
cõſtitutꝰ: habẽs ſub me milites.
Et dico huic vade: ⁊ vadit. Et alio
veni: ⁊ venit. Et ſeruo meo fac hoc
et facit. Audiẽs aũt ieſꝰ miratꝰ eſt:
B ⁊ ſequẽtibꝰ ſe dixit. Amẽ dico vobꝫ:
nõ inueni tantã fidẽ ĩ iſrael. Dico
aũt vobis: ꝙ multi ab oriẽte et occidẽte
veniẽt / ⁊ recũbẽt cũ abrahã
et iſaac et iacob in regno celoꝝ. Filij
aũt regni eycientur ĩ tenebras exteriores:
ibi erit fletꝰ et ſtridor dentiũ.
Et dixit ieſus cẽturioni. Vade
et ſicut credidiſti: fiat tibi Et ſanatus
ps.114 eſt puer: ĩ illa hora. Off. Dextera
dñi fecit virtutẽ / dextera dñi
exaltauit me: non moriar ſed viuã
et narrabo opera domini. Secreta

VIte perpetue venerãda recolimꝰ
te dñe deprecantes: vt
et deuotis eadem ſacrificijs / et dignis
operibus aſſequamur. p. Pfa.
quot. Cõio. Mirabãtur oẽs de his Lu.
ꝗ procedebãt de ore dei. Poſtcõio. 4.D

QVos tãtis domine largiris vti
myſterijs / preſta ꝗs vt effectibus
eorum nos veraciter aptare digneris.
Per dominũ noſtrum.

¶ Feria quarta. Ad romanos.

FRatres. Obſecro vos ꝑ dñm
nrm ieſum xpm et ꝑ caritatẽ
ſpũſſctĩ: vt adiuuetis me ĩ oratiõibꝰ
vrĩs ad deũ Vt liberet me ab infidelibꝰ
q ſunt in iudea: ⁊ obſequij mei
oblatio accepta ſit in hieroſolymis
ſctis. Vt veniã ad vos in gaudio ꝑ
volũtatẽ dei: vt refrigerer vobiſcũ
Deus autẽ pacis: ſit cum omnibꝰ
vobis. Amen. Secundũ marcum.

IN illo tpe. Intrauit ieſus ĩ
ſynagogam: ⁊ erat ibi homo
habẽs manũ aridã / et obſeruabãt
eum ſi ſabbatis curaret vt accuſarẽt
illũ. Et ait homini habẽti manum
aridã. Surge in mediũ. Et dixit
eis. Licꝫ ſabbatis bñfacere / an
male: aĩam ſaluã facere an perdere?
At illi tacebãt. Et circũſpiciẽs
eos cũ ira contriſtatus ſuper cecitate
cordis eorum / dixit homini.
Extende manum tuam. Et extẽdit
Et reſtituta eſt: manus illi. ¶ Feria
ſexta. Epyſtola. Ad corinthios

FRatres. Neſcitis qꝛ templum
dei eſtis: et ſpiritus dei habitat
in vobis. Si quis autẽ templũ
dei violauerit: diſperdet illũ deus
Tẽplum eñi dei ſanctũ eſt: quod eſtis
vos. Nemo ſe ſeducat. Si quis
videtur inter vos ſapiẽs eſſe ĩ hoc
ſeculo: ſtultus fiat vt ſit ſapiens.
Sapientia eñi huius mũdi: ſtulticia
eſt apud deũ. Scriptũ eſt enim

Comprehendam ſapiētes: in aſtutia eorum. Et iteꝝ. Dominus nouit cogitatiōes ſapientiū: qm̄ vane ſunt. Nemo itaq̧ gl'ietur: in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt ſiue paulꝰ ſiue apollo/ ſiue cephas ſiue mūdus/ ſiue vita/ ſiue mors/ ſiue preſentia/ ſiue futura. Om̄ia enim veſtra ſunt. Vos aūt chriſti: chriſtus aūt dei. Scd̄m matheum.

4. In illo tēpore. Circuibat ieſꝰ totā galileā: docens in ſynagogis eoꝝ/ et predicās euāgelium regni/ et ſanans oēm languorē et oēm infirmitatē in pplo. Et abiit opinio eius: in totam ſyriā. Et obtulerunt ei oēs male habentes variis languoribꝰ et tormentis comprehēſos: et qui demonia habebāt et lunaticos/ et paraliticos/ et curauit eos. Et ſecute ſunt eum: turbe multe. ¶ Dominica quarta poſt octauam epyphanie. Officiū.

ps.96. Adorate deū oēs angeli eius: audiuit ⁊ letata eſt ſyon/ et exultauerunt filie iude. ps. Dn̄s regnauit exultet ps.3. B terra: letentᷣ inſule multe. Gla. Oro.

Deus q̄ nos in tantis periculis cōſtitutos pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutem mentis ⁊ corporis: vt ea que pro peccatis noſtris patimur/ te adiuuāte vincamꝰ. Per dominū noſtrum. Ad romanos

13.ca. C Fratres. Nemini q̄cq̄ debeatis niſi vt inuicē diligatis. Qui eñ diligit ꝓximū: legē ipleuit. Nā non adulterabis: nō occides/ nō furaberis: nō falſuꝫ teſtimoniū dices/ nō ꝯcupiſces rē proximi tui. Et ſi qd̄ eſt aliud mādatū: i hoc verbo inſtauratᷣ. Diliges ꝓximū tuū: ſicut teipſm. Dilectio ꝓximi: malū nō operatᷣ. Plenitudo ergo legꝭ: ē dilectio. Gr. Timebūt gētes nomē tuū ps.105 dn̄e et oēs reges terre gloriam tuā. V. Qm̄ edificauit dn̄s ſyō/ ⁊ videbitᷣ i ps.96 maieſtate ſua al. V. Dn̄s regnauit exltet tra letētᷣ iſule mlte. S. mat.

In illo tpe. Aſcēdēte ieſu ī nauiculā: ſecuti ſunt eū diſcipli eiꝰ. 8.C. Et ecce motus magnꝰ factꝰ eſt in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Erat aūt illis: ventꝰ cōtrarius. Ipſe vero dormiebat. Et acceſſerūt ad eū diſcipuli eiꝰ: et ſuſcitauerūt eum dicētes. Dn̄e ſalua nos: perimus. Et dicit eis ieſꝰ Quid timidi eſtis modice fidei? Tūc ſurgēs/ imperauit vētis ⁊ mari: ⁊ facta eſt trāquillitas magna. Porro homies mirati ſunt dicētes. Qualis eſt hic: q2 vēti et mare: obediūt ei? Offr. Dextera dn̄i fecit virtutem/ ps.172 dextera dn̄i exaltauit me: nō moriar ſed viuā et narrabo opa dn̄i. Sec.

Concede q̄s oīps deus/ vt huius ſacrificii munꝰ oblatum fragilitatē noſtrā ab omni malo purget et muniat. Per. Prefatio quotid. Cōio. Mirabantur oēs de Luce 4.D his q̄ ꝓcedebāt de ore dei. Poſtcō.

Munera tua nos deus/ ⁊ a delectationibus terrenis expediant: et celeſtibꝰ ſemper inſtruāt alimentis. Per dn̄m. ¶ Feria.iiii. Epyſtola. Ad corinthios.

1.ca. Fratres. Bonū eſt hoi mulierē nō tāgere. Propter fornicationē aūt vnuſq̄ſq̧ vxorē ſuā habeat: et vnaq̄q̧ mulier virū ſuū habeat. Vxori vir debitū reddat: ſimiliter aūt ⁊ vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatē non habet: ſed vir. Similitᷣ aūt ⁊ vir/ ſui corporis poteſtatē nō habet: ſed mulier. Nolite fraudare inuicē: niſi forte ex cōſenſu ad tempus vt vacetis orationi. Et iterum reuertimini in idipſum: ne tētet vos ſathanas: propter incõtinẽtiã veſtrã. Scđʒ lucã

9.ca. IN illo tpe. Factũ eſt ambulãtibus diſcipulis in via dixit qdã ad ieſũ. Sequar te: quocũq̃ ieris. Dixit illi ieſ⁹. Vulpes foueas habẽt ⁊ volucres celi nidos: filius aũt hoïs nõ habʒ vbi caput ſuũ reclinet. Ait autẽ ad alterũ. Sequere me. Ille autẽ dixit. Dñe/permitte michi primũ ire: ⁊ ſepelire patrem meũ. Dixitq̃ ei ieſus. Sine vt mortui ſepeliãt mortuos ſuos: tu autẽ vade et annũcia regnũ dei. Et ait alter. Sequar te dñe: ſʒ primũ permitte michi renũciare his que domi ſunt. Et ait ad illũ ieſus Nemo mittẽs manũ ſuam ad aratrum: et aſpiciẽs retro: aptus eſt regno dei. ¶ Feria ſexta. Ad corinthios.

1.c.7 FRatres. Vnuſquiſq̃ in qua vocatione vocatus eſt: in ea permaneat. Seru⁹ vocat⁹ es: non ſit tibi cure. Sed ⁊ ſi potes fieri liber magis vtere. Qui enim in dño vocatus eſt ſeru⁹: libertus eſt dñi. Similiter q̃ liber vocatus eſt: ſeruus eſt xp̃i. Precio empti eſtis: nolite fieri ſerui hoim. Vnuſquiſq̃ ĩ qua vocatione vocat⁹ eſt frater: in hac permaneat apud deũ. Scđm mar.

ca.10 IN illo tẽpore. Offerebãt ieſu paruulos: vt tangeret illos. Diſcipuli aũt cõminabãtur: offerẽtib⁹. Quos cũ videret ieſ⁹: indigne tulit/et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: ⁊ ne ꝓhibueritis eos Taliũ eñi eſt regnũ dei. Amen dico vobis q̃ſquis nõ receperit regnũ dei velut paruul⁹/nõ intrabit ĩ illud. Et cõplexãs eos: ⁊ imponẽs man⁹ ſuper illos bñdicebat eos. ¶ Dñica quinta poſt oct. epy. Officium.

ps.96 ADorate deũ oẽs angeli ei⁹: audiuit et letata eſt ſyon: ⁊ exultauerũt filie iude. ps. Dñs regnauit exultet tra: letentᷣ inſule mlte. G. vp

FAmiliã tuam q̃s domine continua pietate cuſtodi: et que in ſola ſpe gratie celeſtꝭ innititur: tua ſemper protectione muniatur Per dñm noſtrũ. Ad coloſenſes.

FRatres. Induite vos ſicut electi dei ſancti et dilecti viſcera mĩe: 3.ca. mãſuetudinẽ benignitatem/humilitatẽ/modeſtiã/patiẽtiam/ſupportãtes inuicẽ/et donãtes vobiſmetipſis ſi q̃s aduerſ⁹ aliquẽ habʒ querelã. Sicut et dñs donauit vobis: ita et vos. Sup omĩa autẽ hec caritatẽ habete: quod eſt vinculũ perfectiõis. Et pax xp̃i exultet in cordibus veſtris: in qua et vos vocati eſtis in vno corpore et grati eſtote. Verbũ xp̃i habitet in vobis abundãter in omni ſapiẽtia docẽtes et cõmonentes voſmetipſos ĩ pſalmis et hymnis et cãticis ſpiritualib⁹ in gratia: cãtantes in cordibus veſtris deo. Omne autẽ quodcũq̃ facitis in vbo aut in opere: oĩa in nõie dñi noſtri ieſu xp̃i facite/gratias agentes deo et patri. Per ieſum xp̃m dñm nr̃m. Gr. Ti- ps.101 mebunt gentes nomen tuũ dñe/et oẽs reges terre gloriã tuã. V. Quoniã 96 edificauit dñs ſyon/et videbitur in maieſtate ſua. Alleluya. V. Dñs regnauit exultet terra letentur inſule multe. Scđm matheũ.

IN illo tpe. Dixit ieſ⁹ diſcipulis 13.ca. ſuis parabolã hanc Simile factũ eſt regnũ celorꝝ hoĩ q̃ ſeminauit bonũ ſemẽ: ĩ agro ſuo Cũ autẽ dormirẽt hoĩes venit inimic⁹ ei⁹ et ſupſeminauit zizania ĩ medio tritici/et abijt. Cũ aũt creuiſſet herba et fructũ feciſſʒ tũc apparuerũt et zizania. Accedẽtes aũt ſerui patriſfamilias: dixerũt ei. Domine/nonne bonũ ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habʒ zizania?

Et ait illis. Inimic⁹ homo: hoc fecit. Serui aũt dixerũt ei. Uis imus/ et colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte colligẽtes zizania eradicetis ſimul cũ eis ⁊ triticũ. Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem: et in tẽpore meſſis dicã meſſoribus. Colligite primũ zizania: et alligate ea ĩ faſciculos ad cõburendũ. Triticũ aũt ꝯgregate ĩ horreũ meũ. Off.

ß.117 Dextera dñi fecit virtutẽ/ dextera dñi exaltauit me non moriar ſed viuã et narrabo opera dñi. Secreta.

Suſcipe q̃s dñe tuorũ oblationes/ ꝑceſq; ſeruoꝝ vt ſub tue protectionis auxilio et collata nõ ꝑdãt/ et que expetunt apprehẽdãt. Per dñm. Pfatio quotidiana. Cõio.

Luce 4 c Mirabãtur oẽs de his que procedebant de ore dei. Poſtcommunio.

Deus qui nos ſacramenti tui participatiõe cõtingis: virtutis eius effectus in noſtris cordibus operare: vt muneri diuino qđ ſumpſimus/ per ipſum munus aptemur Per eundẽ chriſtũ. ¶ Feria quarta. Epiſtola. Ad thimotheũ.

ca.2. Chariſſime. Obſecro ꝑmum oĩm fieri obſecrationes: orationes/ poſtulationes: gratiarum actiones ꝓ oĩbus hoĩbus. Pro regib⁹ et oĩbus q̃ ĩ ſublimitate ſunt cõſtituti: vt quietã et trãquillã vitã agam⁹ in omni pietate et caſtitate. Hoc eñ bonũ eſt: et acceptũ coram ſaluatore noſtro deo. Qui oẽs hoĩes vult ſaluos fieri: et agnitionẽ veritatis venire. Unus eñi de⁹ vnus et mediator dei et hominum homo xp̃s ieſus. Qui dedit ſemetipſum redẽptionẽ pro oĩbus: cui teſtimoniũ tẽporib⁹ ſuis ꝯfirmatũ ẽ in quo poſit⁹ ſum ego ꝑdicator et apl̃s (Ueritatẽ dico/ non mẽtior) doctor gentiũ: in fide et veritate.

¶ Sequẽtia. ſ. euãg. ſcdm matheũ

21.ca. In illo tẽpore. Dixit ieſ⁹ turbis iudeoꝝ. Homo quidã habebat duos filios: et accedẽs ad ꝑmũ/ dixit. Fili/ vade hodie operari in vineã meã. Ille aũt rñdens: ait. Nolo Poſtea aũt penitẽtia mot⁹: abijt. Accedẽs aũt ad alteꝝ: dixit ſimiliter. At ille rñdens: ait. Eo dñe Et nõ iuit. Quis ex duob⁹ fecit voluntatẽ patris? Dicũt ei prim⁹. Dicit illis ieſ⁹. Amẽ dico vobis: q: publicani et meretrices ꝑcedẽt vos ĩ regno dei. Uenit ei ad vos iohẽs in via iuſticie: ⁊ nõ credidiſtis ei. Publicani et meretrices crediderunt ei: vos aũt videntes nec penitentiã habuiſtis poſtea vt crederetis ei. Qui habet aures audiẽdi: audiat.

¶ Dñica in lxx. Ad miſſam. Offi.

ß.17. Circũdederũt me gemitus mortis dolores ĩferni circũdederũt me: ⁊ ĩ tribulatiõe mea inuocaui dñm: et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meã. Ps. Diligã te domine fortitudo mea: dñs firmamentũ meum et refugiũ meum/ ⁊ liberator meus. Glia patri. ibidẽ

¶ Ab hac die vſq; ad vigiliam paſche non dicit Glia in excelſis deo de quocũq; dr̃ miſſa (niſi epiſcopus in cena domini celebrauerit. Ora.

Preces populi tui q̃s dñe clementer exaudi vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: ꝓ tui nois gloria miſericorditer liberemur. Per dominũ. Ad corinthios.

1.c.19 D Fratres. Neſcitis ꝙ hi q̃ in ſtadio currunt: oẽs quidem currunt/ ſed vnus accipit brauiũ? Sic currite vt cõprehẽdatis. Omnis eñi qui in agone contendit: ab oĩbus ſe abſtinet. Et ille quidẽ vt corruptibilẽ coronã accipiãt: nos

aũt incorruptã Ego igiẗ ſic curro:
nõ quaſi i incertũ. Sic pugno: nõ
quaſi aerẽ verberans. Sic caſtigo
corp⁹ meũ: et i ſeruitutẽ redigo: ne
forte cũ aliis p̄dicauerí/ipſe repro
10. A. bus efficiar. Nolo aũt vos ignora
re fratres: q̃m patres nr̃i oĩs ſub
nube fuerũt et oẽs mare trãſierũt/et
oẽs i moyſe baptizati ſũt i nube ⁊ i
mari Et oẽs eãdẽ eſcã ſpũalẽ mãdu
B caueruñt: ⁊ oẽs eũdẽ potũ ſpũalẽ bi
berũt. Bibebãt aũt de ſpũali: ↄſequẽ
tes eos petra. Petra aũt: erat xp̃s.
ps. 9. Adiutor i oportunitatib⁹ i tri
bulatione ſperent in te qui noue
rũt te q̃m non derelinq̃s q̃rẽtes te
dñe. Q̃m nõ in finẽ obliuio erit
paup̃is/patiẽtia pauperũ nõ p̃ibit
in finẽ: exurge dñe nõ p̄ualeat hõ.
¶ Non repetatur gradale quan
do dicitur tractus. vt̃s. Tractus.
p. 19. DE p̃fundis clamaui ad te do
mine: dñe exaudi vocẽ meã.
℣. Fiant aures tue intẽdentes: in
orationẽ ſerui tui. ℣. Si iniquita
tes obſeruaueris dñe: dñe quis ſu
ſtinebit? ℣. Qꝛ apd̃ te p̃piciatio eſt
et propter legẽ tuã ſuſtinui te dñe.
¶ Secundum Matheum
20. c. IN illo tẽpore. Dixit ieſus di
A ſcipulis ſuis parabolã hanc.
Simile eſt regnũ celoꝝ homini pa
trifamilias: qui exijt primo mane
conducere operarios in vineã ſuã
Conuentione autẽ facta cum ope
rarijs ex opere diurno: miſit eos in
vineam ſuã. Et egreſſus circa ho
ram terciã: vidit alios ſtantes i fo
ro ocioſos/et dixit illis. Ite ⁊ vos
in vineã meã: et quod iuſtũ fuerit
dabo vobis. Illi autem abierunt.
Iterũ aũt exijt circa ſextam et no
nã horã: et fecit ſimiliter. Circa vn
decimã vero exijt: et inuenit alios
ſtãtes: ⁊ dixit illis. Quid hic ſtatis
tota die ocioſi? Dicũt ei. Qꝛ nemo
nos cõduxit. Dixit illis. Ite ⁊ vos
in vineã meã. Cũ ſero autẽ factum
eſſet: dixit dñs vinee p̄curatori ſuo
Voca operarios et redde illis mer
cedẽ: incipiẽs a nouiſſimis vſq; ad
primos. Cũ veniſſent ergo q̃ circa
vndecimã horã venerãt acceperũt
ſingulos denarios. Veniẽtes autẽ
B et p̄mi arbitrati ſunt q̄ plus eſſent
accepturi. Acceperunt autẽ ⁊ ipſi
ſingulos denarios. Et accipiẽtes
murmurabãt aduerſus patrẽfami
lias: dicẽtes. Hi nouiſſimi vna ho
ra fecerũt: et pares illos nobis fe
ciſti/qui portauimus pondus diei
et eſtus. At ille reſpõdens: vni eoꝝ
dixit. Amice/nõ facio tibi iniuriã.
Nonne ex denario conueniſti me
cum? Tolle quod tuũ eſt: et vade.
Volo autem et huic nouiſſimo da
re: ſicut et tibi. An non licet michi
quod volo facere? An oculus tuus
neq̃ eſt: qꝛ ego bon⁹ ſum? Sic erũt
C nouiſſimi primi et p̄mi nouiſſimi.
(Multi eni ſunt vocati: pauci ve
ro electi) Offr̃. Bonũ eſt confiteri
dño/et pſallere noi tuo altiſſime.
℣. Q̃m magnificata ſunt opa tua
dñe: nimis profunde fctẽ ſunt cogi
tatiões tue. ℣. Ecce inimici tui do
mine peribũt: et diſpergent oẽs q̃
operantur iniquitatem. Secreta.
MUneribus noſtris q̃s dñe p̄
cibuſq; ſuſceptis/⁊ celeſtib⁹
nos mũda myſterijs: ⁊ clemẽter ex
audi. Per. Prefatio quotid. Cõio.
Illumina faciẽ tuã ſuper ſeruum
tuum/ſaluum me fac in tua miſe
ricordia dñe: non confundar quo
niam inuocaui te. Poſtcõmunio.
FIdeles tui deus per tua do
na firmentẽ: vt eadẽ et p̃cipiẽ
do reqrãt/et q̃rẽdo ſine fine perci
piãt. Per dñm. ¶ Sciẽdũ eſt q̄ ſer
uitiũ hui⁹ diei nõ differeẽ p̃pẽ ali
quod feſtũ niſi cuz purificatio vtẽ

marie vel dedicatio eccleſie in hac die ↄtigerit: tũc eſt differatur vſq ad .iij. feꝛ. et tractꝰ **De pꝛofundis.** p̄termittatur: qm̃ i ferialibꝰ diebus nõ dr̃ tm̃. añ. iiij. feꝛ. in capite ieiunij niſi tm̃ in miſſis pꝛo defunctis: nec etiã in feſtis ſine regimine chori. Quocunq vo aliud feſ. in hac do. vel in aliqua do. vſq ad paſſionem dñi cõtigerit: ſemp differat/ ſꝫ duplex feſtũ fue. et fiat ſeruitiũ de ipa dñica nulla fcã de feſto mẽoꝛia: niſi ſit feſ. iij. le. qđ nõ differtur: ſꝫ ſic de eo fiat mẽo. vſq ad .xl. tãtum. A quarta aũt feſ. in capite ieiunij vſq i craſtinũ oct. paſche. nichil fiat ad miſſaz de feſ. iij. le. nec etiã mẽo.

¶ Feria .iiij. Epyſtola. Ad coꝛinth.

2.c.4 Fratres. Si opertũ eſt euangeliũ noſtrũ: in his que pereunt eſt opertũ. In quibꝰ deus huiꝰ ſeculi excecauit mẽtes infideliũ vt non fulgeat illuminatio euangelij glie xp̄i/ qui eſt ymago dei. Nõ eĩ noſmetipſos p̄dicamꝰ: ſꝫ ieſũ xp̄m dñm nr̃m/ nos aũt ſeruos ꝑ ieſum. Qm̃ deꝰ/ qui dixit de tenebꝛis lucẽ ſplẽdeſcere: illuxit in coꝛdibꝰ nr̃is ad illuminationẽ ſciẽtie claritatis dei/ in facie ieſu xp̄i. Habemꝰ autẽ theſaurũ iſtũ abſcõditũ in vaſis fictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis dei/ et nõ ex nobis. In oĩbus tribulationẽ patimur: ſꝫ nõ ãguſtiamur. Apoꝛiamur: ſed non deſtituimur. Perſecutionẽ patimur: ſed non derelinq̃mur. Humiliamur: ſꝫ nõ cõfundimur. Deiicimur: ſed nõ perimus. Semper moꝛtificationẽ ieſu xp̄i in coꝛpoꝛe circũferentes: vt et vita ieſu in coꝛdibus nr̃is manifeſtetur. Semꝑ eĩ nos qui viuimꝰ: i moꝛte tradimur ꝓpter ieſum: vt et vita ieſu manifeſtetur i carne nr̃a moꝛtali. Ergo moꝛs i nobis operatur: vita aũt in vobis. Scd̃m mar.

9.c.2. E

In illo tpe. Egreſſꝰ ieſus ibat ꝑ galileã: nec volebat quẽq̃ ſcire. Docebat aũt diſcipulos ſuos: et dicebat illis. Qm̃ filius hoĩs tradetur in manꝰ hoim/ et occidẽt eũ: et occiſꝰ tercia die reſurget. At illi ignoꝛabãt verbũ: ⁊ timebãt eũ interrogare. Et venerunt capharnaũ. Qui cũ domi eſſent: interrogabat eos Quid i via tractabatis? At illi tacebãt. Siquidẽ inter ſe in via diſputauerãt: qs eſſet illoꝝ maioꝛ. Et reſidẽs vocauit duodecim: et ait illis. Si quis vult pꝛimus eſſe: erit oĩm nouiſſimus/ et oĩm miniſter. Et accipiẽs puerum: ſtatuit eũ im medio coꝛũ. Quem cum complexꝰ eſſet: ait illis. Quiſquis vnũ ex huiuſmodi pueris receperit i nomine meo: me recepit. Et quicunq me ſuſceperit: non me ſuſcepit/ ſed eum qui me miſit. Qui habꝫ aures audiendi: audiat.

¶ Feria .vi. Epyſtola. Ad coꝛinthios.

2.c.4 Fratres. Habẽtes ſpm̃ fidei: ſicut ſcriptũ eſt. Credidi pꝛopter qđ locutꝰ ſum: et nos credimꝰ ꝓpter qđ loq̃mur ſciẽtes qm̃ qui ſuſcitauit ieſum ⁊ nos cũ ieſu ſuſcitabit/ et ↄſtituet vobiſcũ. Oĩa eĩ ꝓpter vos vt grã abundãs ꝑ multas gratiarũ actiões: abũdet in gloꝛiã dei ꝓpter qđ non deficimus. Sed licet is qui foꝛis eſt noſter homo coꝛrũpatur: tamen is qui intus eſt renouatur de die i diem. Id eĩ quod in pꝛeſenti eſt momentaneum et leue tribulationis noſtre: ſupꝛa modum i ſublimitate eternum gloꝛie põdus operatur in nobis: non contẽplãtibꝰ nobis q̃ vidẽtur: ſed que non vidẽtur. Que eĩ vidẽtur: tpalia ſunt. Que aũt non vidẽtur: eterna ſunt. Secundum mattheũ.

12 In illo tpe. Dixit ieſus phariſeis. Qui nõ eſt mecũ: cõtra

me eſt:et qui non congregat mecū
ſpargit.ideo dico vobis Omne pec
catū ⁊ blaſphemia remittetur hoī
bus:ſpūs aūt plaſphemie nō remit
tetur. Et quicūqꝫ dixerit verbū cō:
tra filiū hoīs:remittet̄ ei. Qui aūt
dixerit cōtra ſpm̄ ſanctū:nō remit
tetur ei/neqꝫ in hoc ſclo/neqꝫ ī fu:
turo. Aut facite arboꝛē bonā et fru
ctū eiꝰ bonū:aut facite arboꝛē ma:
lā et fructū eius malū. Siquidē ex
fructu:arboꝛ cognoſcit̄. Pꝛogeni:
es viperarū:quomō poteſtis bona
loqui cū ſitis mali? Ex abundātia
eñi coꝛdis:os loquitur. Bonus hō
de bono theſauro pꝛofert bona. Et
malus homo:de malo theſauro pꝛ:
fert mala. Dico aūt vobis qm̄ oīe
verbū ocioſum quod locuti fuerit
homines/reddent rationē de eo in
die iudicij. Ex verbis enim tuis iu
ſtificaberis:⁊ ex verbis tuis cōdem
naberis. ¶ Dñica in .lx. Officium

p.43. Exurge quare obdoꝛmis do
mine/exurge et ne repel:
las in finē:quare faciē tuā
auertis/obliuiſceris tri:
bulationē noſtrā:adheſit in terra
venter noſter exurge domine adiu
ua nos et libera nos. ps Deus au:
ibidē ribus noſtris audiuimꝰ:patres no
ſtri annūciauerūt nobis. Oꝛatio.

DEus qui conſpicis qꝛ ex nul
la noſtra actione cōfidimus
concede pꝛopicius/vt contra om:
nia aduerſa doctoꝛis gentiū pꝛote
ctione muniamur. Per dñm. Hec
ſequens epyſtola tota legatur hac
die tm̄:quādo vero dicitur per eb:
do.ſemper incipiatur ad iſtā clau:
ſulam Damaſci pꝛepoſitus. ⁊ lega
tur vſqꝫ ad finem. Ad coꝛinthios.

2.c.2 FRatres. Libēter ſuffertis,in
D ſipiētes:cum ſitis ipſi ſapiē
tes. Suſtinetis enim ſi quis vos in
ſeruitutē redigit:ſi quis deuoꝛat/
ſi quis accipit/ſi quis extollitur/
ſi qs in faciē vos cedit. Scd̄m igno e
bilitatē dico:quaſi nos infirmi fu
erimus in hac parte. In quo quis
audet:in inſipientia dico audeo et
ego. Hebꝛei ſunt:et ego. Iſraelite
ſunt:et ego. Semen abꝛahe ſunt et
ego. Miniſtri xp̄i ſunt:et ego. Vt
minus ſapiēs dico:plus ego. In la
boꝛibus plurimis:ī carceribꝰ abū:
dātius/in plagis ſupꝛa modū/in
moꝛtibus frequēter. A iudeis quī:
quies quadꝛagenas:vna minꝰ acce
pi. Ter virgis ceſus ſum ſemel la:
pidatꝰ ſum/ter naufragiū feci No f
cte ac die:in ꝓfundū maris fui. In
itineribꝰ ſepe:periculis fluminū/
periculis latronū/periculis ex ge:
nere/periculis ex gētibus/pericu
lis in ciuitate/periculis in ſolitu:
dine:periculis in mari/periculis ī
falſis fratribus. In laboꝛe et erū:
na:in vigilijs multis. In fame ⁊ ſi
ti:in ieiunijs multis. In frigoꝛe ⁊
nuditate:pꝛeter illa q̄ extrinſecus
ſunt inſtātia mea quotidiana ſoli:
citudo oīm eccleſiarū. Quis infir:
matur:et ego non infirmoꝛ? Quis G
ſcandilizatur:et ego non vꝛoꝛ? Si
gloꝛiari opoꝛtet:que infirmitatis
mee ſunt gloꝛiaboꝛ. Deus et pater
dñi noſtri ieſu chꝛiſti ſcit qui eſt be
nedictus in ſecula:ꝙ non mētioꝛ.
Damaſci pꝛepoſitus gētis arethe
regis cuſtodiebat ciuitatem dama
ſcenoꝛū:vt me compꝛehēderet. Et
per feneſtrā ī ſpoꝛta demiſſus ſum
per murū:et ſic effugi manus eius
Si gloꝛiari opoꝛtet:non expedit q̄ h
dem. Veniam autē ad viſiones:et
reuelationes domini. Scio homi:
nem in xp̄o/ante annos quattuoꝛ
decim ſiue ī coꝛpoꝛe/ſiue extra coꝛ
pus neſcio deus ſcit:raptū huiuſ:
modi vſqꝫ ad terciū celum. Et ſcio
huiuſmodi hoīem ſiue ī coꝛpoꝛe ſi:

ſiue extra corpꝰ neſcio deus ſcit: q̄m raptus eſt ī paradiſum/ et audiuit archana verba q̄ non licet hoī loq̄. B Pro huiuſmodi gl'iabor: pro me autē nichil/ niſi in infirmitatibꝰ meis. Nā et ſi voluero gl'iari: nō ero inſipiēs (Veritatē eni dicā) Parco aūt ne quis exiſtimet ſupra id q̄d videt in me: aut audit aliq̄d ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me: datus eſt michi ſtimulꝰ carnis mee angelus ſathane q̄ me C colaphiſet. Propter q̄d ter dn̄m rogaui vt diſcederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi grā mea. Nā virtus in infirmitate ꝑficitur. Libenter igit' gl'iabor: in infirmitatibus meis. Vt inhabitet ī me virtus xp̄i. Gr. Sciant gētes q̄m nomen tibi p̄.82. deus/ tu ſolus altiſſimꝰ ſuper omnem terram. Vſ. Deus meus pone illos vt rotam/ et ſicut ſtipulam ante faciem venti. Tractus.

Commouiſti dn̄e terrā ⁊ conturbaſti eā. V. Sana ꝯtritiones eius: q2 mota eſt. V. Vt fugiāt a facie arcꝰ: vt liberētur dilecti tui. ¶ Initiū ſcti euāgelij ſcd̄m lucā.

L.c.8 In illo tēpore. Cū turba plurima cōueniret/ et de ciuitatibus ꝑperarēt ad ieſum: dixit ꝑ ſimilitudinē. Exijt qui ſeminat: ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſeminat aliud cecidit ſecus viā ⁊ cōculcatū eſt/ et volucres celi comederūt illō. Et aliud cecidit ſupra petrā: et natum aruit/ q2 non habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas: et ſimul exorte ſpine ſuffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terrā bonā: ⁊ ortū fecit fructū centuplum. Hec dicens/ clamabat. Qui habet aures audiēdi: audiat. Interrogabāt autem eum diſcipuli eius: que eſſet hec parabola. Quibus ipſe dixit. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei: ceteris autē in parabolis/ vt vidētes non videāt/ et audientes non intelligāt. Eſt autē hec parabola. Semen eſt verbū dei. Qui autē ſecus viā hi ſunt qui audiūt. Deinde venit dyabolꝰ et tollit verbum de corde eorū: ne credētes ſalui fiant. Nam qui ſupra petram: qui cū audierūt cum gaudio ſuſcipiunt verbum. Et hi radices non habēt/ q2 ad tēpus credūt/ et in tēpore tētatiōis recedūt. Quod aūt ī ſpinis cecidit: hi ſunt qui audierūt/ et a ſolicitudinibꝰ et diuitijs ⁊ voluptatibus vite eūtes ſuffocātur/ et non referūt fructū. C Q̄d autē in bonā terrā: hi ſunt q̄ in corde bono et optimo audiētes verbū retinent. Et fructū afferunt in patientia. Offertoriū. Perfice greſſꝰ p̄.19. meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea/ inclina aurem tuā et exaudi verba mea/ mirifica miſericordias tuas qui ſaluos facis ſperātes in te dn̄e. V. Exaudi domine iuſticiā meā/ intende deprecationē meā/ auribus percipe orationē meā. V. Cuſtodi me dn̄e vt pupillā oculi: ſub vmbra alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me domine ab impio. Secreta.

Intēde q̄s dn̄e hoſtiā familie tue: vt quā ſacris muneribus facis eſſe ꝑticipē tribuas ad eiꝰ plenitudinē ꝑuenire. P. Pſe quo Cō. Introibo ad altarē dei: ad deū qui p̄.42 letificat iuuentutē meā. Poſtcō.

Supplices te rogamus oīpotēs deꝰ/ vt quos tuis reficis ſacramētis/ tibi etiā placitis moribus dignāter ſeruire cōcedas. Per dn̄m. ¶ Feria quarta. Ad corinthios.

Fratres. Ego teſtem deū inuoco in aīam meā q2 parcēs 2.c.1. vobis non veni vltra corinthū: nō quia dn̄amur fidei veſtre: ſed adiutores ſumus gaudij veſtri/ nam fide ſtatis. Statuit autẽ hoc ipſum apud me: ne iterũ in triſticia venire ad vos. Si eñ cõtriſto vos: ⁊ q̄s eſt qui me letificet / niſi qui ꝯtriſtatur ex me? Et hoc ipm̃ ſcripſi vobis vt non cũ venero triſticiã ſuper triſticiã habeã / de quibꝰ opoꝛtuerat me gaudere confidẽs in oĩbus vobis / qꝛ meũ gaudiũ oĩm veſtrũ eſt. Nã ex multa tribulatiõe et anguſtia coꝛdis ſcripſi vobis ꝑ multas lachꝛymas nõ vt cõtriſtemini: ſed vt ſciatis quã caritatẽ habeã abũdãtius in vobis. Si quis aũt cõtriſtauit me: nõ me cõtriſtauit / ſed ex ꝑte vt non onerẽ oẽs vos. Sufficit illi qui huiuſmodi eſt: obiurgatio hec q̃ fit a pluribꝰ / ita vt ecõtrario magis donetis et ꝯſolemini ne foꝛte abũdãtioꝛi triſticia abſoꝛbeat q̇ huiuſmodi eſt. Propter quod obſecro vos: vt cõfirmetis illũ in caritate. Ideo eñ ſcripſi vobis: vt cognoſcã experimẽtum veſtrũ / an in oĩbus obedientes ſitis. Si cui aũt aliquid donaſtis: ⁊ ego. Nã et ego quod donaui ſi quid donaui ꝓpter vos in ꝑſona xp̃i: vt nõ circũueniamur a ſathana. Non ignoꝛamꝰ cogitatiões eius. Scdm̃ marcum.

4 c. In illo tp̃e. Cepit ieſꝰ docere ad mare: ⁊ ꝯgregata eſt ad eũ turba multa / ita vt naui aſcẽdens ſederet in mari. Et oĩs turba circa mare ſuꝑ terrã erat. Et docebat illos ĩ parabolis multa: ⁊ dicebat illis in doctrĩa ſua. Audite. Ecce exiit ſeminãs: ad ſeminandũ. Et dũ ſeminat: aliud cecidit circa viã / ⁊ venerũt volucres et comederũt illud Aliud vero cecidit ſuꝑ petroſa / vbi nõ habuit terrã multã / ⁊ ſtatim exoꝛtũ eſt q̃m nõ habebat altitudinẽ terre. Et q̃ñ exoꝛtus eſt ſol exeſtuauit: et eo ꝙ non habebat radicẽ exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas: et aſcẽderũt ſpine: et ſuffocauerũt illud: et fructũ nõ dedit. Et aliud cecidit ĩ terrã bonã: et dabat fructũ aſcẽdentẽ et creſcentẽ / ⁊ afferebat vnũ triceſimũ et vnũ ſexageſimũ: ⁊ vnũ cẽteſimũ Et dicebat Qui habet aures audiẽdi: audiat.

¶ Feria. vi. epiſtola ad coꝛithios.

2.c.5. Fratres. Sciẽtes timoꝛẽ dñi hoĩbus ſuademus: deo autẽ manifeſti ſumus. Spero autẽ et in cõſciẽtiis veſtris: manifeſtos nos eſſe. Non eñ iterũ commẽdamus nos vobis: ſed occaſionem damus vobis gloꝛiãdi pꝛo nobis vt habeatis ad eos qui in facie gloꝛiãtur: et non in coꝛde. Siue eñ mẽte excedimus deo: ſiue ſobꝛij ſumus vobis. Caritas eñ xp̃i: vꝛget nos. Eſtimãtes hoc q̃m ſi vnus pꝛo oĩbus moꝛtuus eſt: ergo oẽs moꝛtui ſunt. Et pꝛo oĩbus moꝛtuus eſt xp̃s: vt et q̇ viuunt / iam non ſibi viuant: ſed ei qui pꝛo ipſis moꝛtuus eſt et reſurrexit. Secundum lucam.

17 In illo tp̃e. Interrogatus ieſus a phariſeis quãdo venit regnũ dei: rñdit eis et dixit. Nõ veniet regnũ dei cum obſeruatione: neq; dicẽt ecce hic / aut ecce illic. Ecce eñ regnũ dei: intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos ſuos. Veniẽt dies q̃ñ deſideretis videre vnũ diẽ filij hoĩs et non videbitis. Et dicent vobis. Ecce hic: et ecce illic. Nolite ire: neq; ſectemini. Nã ſicut fulgur choꝛuſcãs deſub celo ĩ ea q̃ ſub celo ſunt fulget: ita erit filiꝰ hominis in die ſua. Pꝛimũ autem opoꝛtet illum multa pati: ⁊ repꝛobari a generatione hac. Et ſicut factũ eſt in diebus noe: ita erit et in diebꝰ filij hominis. Edebant et bibebant vxoꝛes ducebãt et dabantur ad nuptias vſq; in diẽ qua intrauit noe in archam: ⁊ venit diluuium et per-

vidit oēs. Similiter ſicut factū eſt in diebus loth: edebāt et bibebant. emebāt ⁊ vēdebāt/ plātabāt ⁊ edificabāt. Qua die autē exiuit loth a ſodomis pluit ignē ⁊ ſulphur de celo/ ⁊ oēs perdidit. Scđm hec erit: qua die filiꝰ hoīs reuelabit. In illa hora ꝗ fuerit in tecto ⁊ vaſa eiꝰ ī domo: nō deſcēdat tollere illa Et ꝗ ī agro ſimilit: nō redeat retro. Memores eſtote vxoris loth. Quicūqȝ queſierit aīam ſuā ſaluā facere: ꝑdet illā. Et quicūqȝ ꝑdiderit illā: viuificabit eā. Dico vobꝭ. In illa nocte erūt duo in lecto vno: vnꝰ aſſumetur ⁊ alter relinꝗtur. Due erūt molētes ī vnū: vna aſſumet ⁊ altera relinꝗtur. Duo ī agro: vnꝰ aſſumetur/ et alter relinꝗtur. Reſpondētes: dicūt illi. Ubi domine? Qui dixit illis. Ubicunqȝ fuerit corpus illuc congregabuntur et aquile.

¶ Dñica in quīquageſima. Offm.

30 70 Eſto michi ī deū ꝓtectorē et ī locū refugij vt ſaluum me facias qm̄ firmamentū meū et refugiū meū es tu: ⁊ ꝓpter nomē tuū dux michi eris ⁊ enutries me. Ps. In te domine ſperaui non cōfundar in eternū ī iuſticia tua libera me et eripe me. Or.

Preces noſtras ꝗs dñe clemēter exaudi/ atqȝ pctōꝝ vinculis abſolutos: ab oī aduerſitate cuſtodi. Per dominū. ¶ Ad corinth.

Fratres: Si linguis hominū loquar et angelorum: charitatem autem non habeam/ factus ſum velut es ſonans/ aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam et nouerim myſteria omnia/ et omnem ſcientiam/ et ſi habuero omnem fidem ita vt montes transferam: charitatem autem nō habuero/ nichil ſuꝫ. Et ſi diſtribuero in cibos pauperū omnes facultates meas/ et ſi tradidero corpus meum ita vt ardeā: caritatem autē non habuero/ nichil michi prodeſt Charitas patiens eſt: benigna eſt. Charitas nō emulat: nō agit perperā/ nō inflat/ nō eſt ambicioſa/ nō querit que ſua ſūt Nō irritat/ non cogitat malū/ nō gaudet ſuꝑ iniꝗtate: congaudet aūt veritati. Oīa ſuffert/ oīa credit/ oīa ſꝑat/ oīa ſuſtinet. C Charitas nūꝗ̄ excidit. Siue ꝓphetie euacuabūtur/ ſiue lingue ceſſabunt/ ſiue ſciētia deſtruet. Ex parte eī cognoſcimꝰ ⁊ ex parte prophetamus. Cū aūt venerit qđ ꝑfectū eſt: euacuabitur qđ ex parte eſt Cū eſſem paruulꝰ loquebar vt paruulus/ ſapiebā vt paruulus/ cogitabā vt paruulꝰ. Quādo aūt factꝰ ſum vir: euacuaui que erant paruuli. D Uidemus nūc per ſpeculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciem Nunc autē cognoſco ex parte: tūc aūt cognoſcā ſicut ⁊ cognitus ſū. Nūc aūt manēt: fides/ ſpes/ caritas tria hec. Maior aūt horꝫ: eſt caritas. Gr. Tu es deꝰ qui facis mirabilia ſolus/ notam feciſti in gentibus virtutē tuā. Vꝰ Liberaſti in brachio tuo populum tuum filios iſrael/ iacob et ioſeph. ps. 76 Tractus.

Iubilate deo omnis terra ſeruite domino in leticia. V. Intrate in conſpectu eius/ in exultatione. Vꝰ. Scitote qm̄ dñs ipſe eſt deus. Vꝰ Ipſe fecit nos et non ipſi nos: nos aūt populus eius ⁊ oues paſcue eius. ps. 66 Secundum lucam.

In illo tp̄e: Aſſūpſit ieſꝰ duodecim diſcipulos ſuos/ et ait illis. 18. c. F. Ecce aſcēdimꝰ hieroſolimā ⁊ conſūmabunt oīa ꝗ ſcripta ſunt ꝑ ꝓphetas de filio hoīs. Tradet enī gentibꝰ ⁊ illudet ⁊ flagellabitur ⁊ cōſpuet ⁊ poſtꝗ̄ flagellauerint occident eum: et tertia die reſurget.

Et ipſi nichil horū ītellexerūt Erat
aūt vbū iſtd abſcōditū ab eis: ⁊ nō
intelligebāt q̄ dicebant. Factū eſt
aūt cū appropīquaret hierico cec⁹
q̄dā ſedebat ſec⁹ viā mendicās. Et
cū audiret turbā p̄tereūtē: īterrogabat
q̄d hoc eſſet. Dixerūt aūt ei
ꝙ ieſ⁹ nazaren⁹ trāſiret. Et clamauit
dicēs. Jeſu fili dauid miſerere
mei. Et q̄ p̄ibāt: īcrepabāt eū vt taceret.
Ipſe vo multomagis clamabat
G. Fili dauid miſerere mei. Stās
aūt ieſ⁹: iuſſit illū adduci ad ſe. Et
cū appropīquaſſet: īterrogauit illū
dicēs. Quid tibi vis faciā? At ille
dixit Domīe: vt videā. Et ieſ⁹ dixit
illi. Reſpice. Fides tua te ſaluū
fecit. Et ꝯfeſtī vidit: ⁊ ſeq̄bat͛ illū
magnificās deū. Et oīs plebs vt
Ps.118 vidit: dedit laudē deo. Offm. Bñdict⁹
es dñe doce me iuſtificatōes tuas:
ī labijs meis p̄nūciaui oīa iudicia
oris tui. V. Bti īmaculati ī via
q̄ ābulāt ī lege dñi: bti q̄ ſcrutātur
teſtimonia ei⁹ / in toto corde exquirunt
eū. V. Aufer a plebe tua opprobrium
et contemptum: q2 mandata
tua nō ſumus obliti dñe. Secr.

Hec hoſtia q̄s dñe emūdet nr̄a
delicta ⁊ ad ſacrificiū celebrādū
ſubditorꝝ tibi corpora / mēteſq̄
977 ſctificet. P. Pfa. quot. Cōio. Māducauerūt
et ſaturati ſūt nimis ⁊ deſyderiū
eorꝝ attulit eis dñs nō ſunt
fraudati a deſyderio ſuo. Poſtcō.

Queſum⁹ oīps deus: vt q̄ celeſtia
alimēta p̄cepim⁹ per hec
ꝯtra oīa aduerſa muniamur. P. do.

¶ Fer. iiij. ī capite ieiunii poſt ſextā:
in primis fiat ſermo ad ppl'm ſi
placuerit. Deīde p̄ſternāt ſe clerici
in choro et dicāt ſeptē p̄s. penitētiales
cum Gl'a pri. Sicut erat. Et
an. Ne reminiſcaris. Excellētior vero
ſacerdos indutus veſtib⁹ ſacerdotalibus
ī cappa ſerica rubea cū
dyacono a dextris / et ſubdiacono
a ſiniſtris cum ceteris miniſtris altaris
qui omnes ſint albis cū amictibus
induti ante altare dicant ſeptē
p̄s penitentiales in proſtratione
cum an. Ne reminiſcaris.

Omine ne ī furore Ps.
tuo arguas me
neq̄ ī ira tua corripias
me. Miſerere
mei domine
qm̄ infirm⁹ ſum:
ſana me dñe qm̄
ꝯturbata ſunt oſſa
mea. Et aīa mea turbata eſt valde:
ſed tu domine vſq̄quo. Conuertere
dñe et eripe aīam meā / ſaluū
me fac p̄pter mīam tuā. Qm̄ non
eſt in morte q̄ memor ſit tui: in inferno
aūt q̄s cōfitebitur tibi? Laboraui
in gemitu meo lauabo per
ſingulas noctes lectū meū lachrymis
meis ſtratū meū rigabo. Turbatus
eſt a furore oculus meus: inueteraui
inter oēs inimicos meos
Diſcedite a me oēs q̄ operamini
iniq̄tatē: qm̄ exaudiuit dñs vocem
fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationē
meam: dñs orationē meā
ſuſcepit. Erubeſcāt et ꝯturbētur
vehemēter oēs īimici mei / ꝯuertātur
⁊ erubeſcāt valde velocit͛. Pſa.

Beati quorꝝ remiſſe ſūt iniq̄tates Ps.
et quorꝝ tecta ſunt pctā.
Beat⁹ vir cui non imputauit dñs
pctm̄: nec eſt ī ſpū eius dol⁹. Qm̄
tacui īueterauerūt oſſa mea: dū clamarem
tota die. Qm̄ die ac nocte
grauata eſt ſup̄ me man⁹ tua: conuerſus
ſū ī erūna mea dū ꝯfigitur
ſpina. Delictū meū cognitū tibi
feci: et iniuſticiā meā nō abſcondi
Dixi cōfitebor aduerſū me īiuſticiā
meā dño: et tu remiſiſti impietatē
pcti mei. Pro hac orabit ad te
oīs ſanctus in tempore oportuno.

Verūtamen in diluuio aquarum multaꝝ: ad eū nō approximabunt. Tu es refugiū meum a tribulatione q̄ circūdedit me: exultatio mea erue me a circundantib⁹ me. Intellectū tibi dabo ⁊ inſtruā te ī via hac qua gradieris: firmabo ſup̄ te oculos meos. Nolite fieri ſicut equ⁹ ⁊ mul⁹: quib⁹ nō eſt intellect⁹. In chamo et freno maxillas eoꝛū cōſtringe q̄ nō approximant ad te. Multa flagella pctōꝛis ſperantem autē in dn̄o mīa circundabit. Letamini in dn̄o et exultate iuſti: et gliamini oēs recti coꝛde. Gloria.

ꝑ17 Domine ne ī furoꝛe tuo arguas me: neq̄ in ira tua coꝛripias me. Qm̄ ſagitte tue infixe ſunt michi: et cōfirmaſti ſup̄ me manū tuā. Nō eſt ſanitas ī carne mea a facie ire tue/ nō eſt pax oſſib⁹ meis a facie pctōꝝ meoꝝ. Qm̄ iniq̄tates mee ſup̄greſſe ſūt caput meū: et ſicut on⁹ graue grauate ſūt ſup̄ me. Putruerūt ⁊ coꝛrupte ſunt cicatrices mee: a facie inſipiētie mee. Miſer fact⁹ ſū ⁊ curuat⁹ ſū vſq̄ ī finē: tota die ꝯtriſtat⁹ īgrediebar. Qm̄ lūbi mei īpleti ſunt illuſiōib⁹ ⁊ nō eſt ſanitas ī carne mea. Afflictus ſū ⁊ hūiliat⁹ ſum nimis: rugiebā a gemitu coꝛdis mei. Dn̄e āte te oē deſideriū meū ⁊ gemit⁹ me⁹ a te nō eſt abſcōdit⁹. Coꝛ meū cōturbatū eſt dereliq̄t me virt⁹ mea: et lumen oculoꝝ meoꝝ/ ⁊ ipm̄ nō eſt mecum. Amici mei et proximi mei: aduerſum me appropinquauerūt ⁊ ſteterūt. Et q̄ iuxta me erāt de lōge ſteterūt: et vī faciebant q̄ q̄rebāt aīam meā. Et qui inquirebāt mala michi locuti ſunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autē tanq̄ ſurdus non audiebā: ⁊ ſicut mutus nō aperiēs os ſuum. Et fact⁹ ſū ſicut hō nō audiēs: ⁊ non habēs in oꝛe ſuo redargutiōes. Qm̄ in te domine ſperaui tu exaudies me domine deus me⁹. Qꝛ dixi neq̄n ſupgaudeāt michi inimici mei ⁊ dū cōmouētur pedes mei ſup̄ me magna locuti ſunt. Qm̄ ego ī flagella paratus ſum: et doloꝛ me⁹ ī cōſpectu meo ſp̄. Qm̄ iniquitatē meā annūciabo: et cogitabo pꝛo pctō meo. Inimici autē mei viuūt ⁊ ꝯfirmati ſunt ſuper me: ⁊ multiplicati ſūt q̄ oderūt me iniq̄. Qui retribuūt mala ꝓ bonis detrahebāt michi: quoniā ſeq̄bar bonitatem. Ne derelinquas me dn̄e de⁹ meus: ne diſceſſeris a me. Intēde ī adiutoꝛium meum domīe de⁹ ſalutis mee. Gloria

ꝑ.50 Miſerere mei deus: ſcd̄m magnā mīaꝫ tuā. Et ſcd̄m multitudinē miſerationū tuaꝝ: dele iniq̄tatē meā. Ampli⁹ laua me ab iniq̄tate mea ⁊ a pctō meo munda me. Qm̄ iniq̄tatē meā ego cognoſco: et pctm̄ meū cōtra me eſt ſemp̄. Tibi ſoli peccaui et malū coꝛā te feci: vt iuſtificeris ī ſermonib⁹ tuis et vincas cū iudicaris. Ecce enī in iniq̄tatib⁹ ꝯcept⁹ ſū: ⁊ ī peccatis cōcepit me mater mea. Ecce enī veritatē dilexiſti: incerta et occulta ſapientie tue manifeſtaſti michi. Aſperges me dn̄e yſopo ⁊ mundaboꝛ: lauabis me ⁊ ſup̄ niuem dealbaboꝛ. Auditui meo dabis gaudiū ⁊ leticiā ⁊ exultabūt oſſa hūiliata. Auerte faciē tuā a pctīs meis: ⁊ oēs iniq̄tates meas dele. Coꝛ mundū crea in me deus: et ſpm̄ rectū inoua ī viſceribus meis. Ne ꝓiicias me a facie tua: ⁊ ſpiritum ſctm̄ tuū ne auferas a me. Redde michi leticiā ſalutaris tui: ⁊ ſpū ꝑncipali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: ⁊ ipij ad te cōuertētur. Libera me de ſanguinibus de⁹ deus ſalutis mee: et exultabit lingua mea iuſticiã tuã. Dñe labia mea aꝑies ⁊ os meũ annũciabit laudẽ tuam. Qm̃ ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſſẽ vtiq; olocauſtis non delectaberis. Sacrificiũ deo ſpũs contribulatus: coꝛ cõtritũ ⁊ hũiliatũ deꝰ non deſpicies. Benigne fac dñe i bona voluntate tua ſyon: vt edificẽtur muri hieruſalẽ. Tunc acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes et olocauſta: tunc imponẽt ſuper altare tuum vitulos. Gloꝛia patri.

ꝑ.101 Domine exaudi oꝛonẽ meã: ⁊ clamoꝛ meꝰ ad te veniat. Non auertas faciẽ tuã a me: in quacũq; die tribuloꝛ iclina ad me aurẽ tuã. In quacũq; die iuocauero te velociter exaudi me. Quia defecerũt ſicut fumꝰ dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut cremiũ aruerũt. Percuſſus ſum vt fenũ ⁊ aruit coꝛ meũ: qꝛ oblitus ſum comedere panẽ meũ. A voce gemitus mei: adheſit os meũ carni mee. Similis factꝰ ſũ pellicano ſolitudinis factꝰ ſũ ſicut nicticoꝛax i domicilio. Vigilaui ⁊ factꝰ ſũ ſicut paſſer ſolitariꝰ i tecto. Tota die exprobrabãt michi iimici mei: ⁊ qui laudabãt me aduerſum me iurabant. Quia cinerem tãq̃ panẽ mãducabã ⁊ potũ meũ cũ fletu miſcebã. A facie ire indignatiõis tue: qꝛ eleuãs alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbꝛa declinauerũt: ⁊ ego ſicut fenũ arui. Tu aũt dñe in eternũ ꝑmanes: et mẽoꝛiale tuũ in gñatiõe ⁊ gñationem. Tu exurgens dñe miſereberis ſyon: qꝛ tẽpus miſerẽdi eius qꝛ venit tps. Qm̃ placuerunt ſeruis tuis lapides eius: ⁊ terre eius miſerebũtur. Et timebunt gentes nomen tuum dñe: et omnes reges terre gloꝛiã tuam. Quia edificauit dñs ſyon: ⁊ videbitur in glia ſua. Reſpexit in oꝛationẽ hũiliũ: ⁊ nõ ſpꝛeuit precẽ eoꝝ. Scribãtur hec in generatione altera ⁊ ppľus qui creabitur laudabit dñm. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dñs de celo in terram aſpexit. Ut audiret gemitꝰ cõpeditoꝝ: vt ſolueret filios interemptoꝛũ. Ut annũciẽt in ſyõ nomen dñi: ⁊ laudẽ eius in hierlm. In conueniendo populos in vnũ: ⁊ reges vt ſeruiãt dño. Reſpõdit ei in via virtutis ſue: paucitatẽ dierũ meorũ nũcia michi. Ne reuoces me in dimidio dierũ meoꝝ: in generatione ⁊ generationẽ anni tui. Initio tu domine terrã fundaſti: et opera manuũ tuaꝝ ſũt celi. Ipſi peribũt tu aũt permanes: ⁊ oẽs ſicut veſtimẽtũ veteraſcẽt. Et ſicut opertoriũ mutabis eos et mutabũtur: tu aũt idẽipſe es/ ⁊ ãni tui nõ deficiẽt. Filij ſeruoꝛum tuoꝝ habitabunt et ſemen eoꝛum in ſeculum dirigetur. Gloꝛia patri ⁊ fi. Sicut erat.

De pꝛofũdis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocẽ meã. Fiãt aures tue intẽdentes: in vocẽ depcationis mee. Si iniq̃tates obſeruaueris dñe: domie quis ſuſtiebit? Quia apud te propiciatio eſt: et propter legem tuã ſuſtinui te dñe. Suſtinuit aĩa mea in vbo eius: ſpauit aĩa mea in dño. A cuſtodia matutina vſq; ad noctẽ: ſperet iſrael in dño. Quia apd dñm mĩa: et copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloꝛia patri et filio.

Domine exaudi oꝛationẽ meam auribꝰ ꝑcipe obſecrationẽ meã: i veritate tua exaudi me in tua iuſticia. Et nõ itres i iudiciũ cũ ſeruo tuo: qꝛ nõ iuſtificabitur i cõſpectu tuo oĩs viuẽs. Quia ꝑſecutus eſt inimicꝰ animã meã: humiliauit i terra vitã meam. Collocauit me i obſcuris ſicut moꝛtuos ſeculi ⁊ anxiatꝰ eſt ſuper me ſpũs meꝰ/ in me turbatū eſt coꝛ meum. Memoꝛ fui dieꝝ antiquoꝝ meditatus ſum in oībus opib⁹ tuis: i factis manuum tuarū meditabar. Expādi manus meas ad te: aīa mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velocit exaudi me dñe: defecit ſpūs me⁹. Nō auertas faciē tuā a me: ⁊ ſimilis ero deſcēdētibus in lacū. Auditā fac michi mane mīam tuā: qꝛ i te ſperaui. Notā fac michi viā in qua ambulē: qꝛ ad te leuaui aīam meā. Eripe me de inimicis meis dñe ad te cōfugi: doce me facere voluntatē tuā/ qꝛ de⁹ meus es tu. Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectā: propter nomē tuū dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatiōe aīam meā: ⁊ in mīa tua diſperdes oēs inimicos meos. Et perdes oēs q̄ tribulāt aīam meā: qm̄ ego ſeruus tuus ſum. Gloria patri. Sicut erat. An. Ne reminiſcaris dñe delicta noſtra vel parentum noſtroꝛū: neq̄ vindictam ſumas de peccatis noſtris. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter.

¶ Et hec oīa ſine nota dicant a ſacerdote ꝙ a choꝛo (pueꝛo interim tenēte vexillū cilicinū ꝓpe ſiniſtrū coꝛnu altaris) Deinde erigat ſe ſacerdos cū diacono et ſubdyacono et ſolus dicat ſuper populum cōuerſus ad oꝛientē coꝛam dextro coꝛnu altaris hoc modo. Et ne nos inducas in tentationē. Choꝛus rn̄deat. Sꝫ libera nos a malo. Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas. De⁹ meus ſperantes i te. Mitte eis dñe auxiliū de ſancto. Et de ſyon tuere eos. Cōuertere dñe vſq̄quo. Et deprecabilis eſto ſup ſeruos tuos. Adiuua nos de⁹ ſalutaris nr̄. Et propter gloriā nois tui dñe libera nos et ꝓpici⁹ eſto pctīs nr̄is ꝓpter nomē tuum. Dñe exaudi orōnē meā. Et clamoꝛ me⁹ ad te veniat. Dñs vobiſcū. Et cū ſpū tuo. Oꝛem⁹. Oꝛ

Exaudi q̄s dñe p̄ces nr̄as ⁊ cōfitentiū tibi parce pctīs/ vt quos cōſciētie reat⁹ accuſat/ indulgētia tue miſeratōis abſoluat. P. x. R̄ Amē. Et oēs orōnes dicūtur cū Oꝛem⁹. ⁊ finiāt more lectōis. Nō dr̄ Dñs vobiſcū. niſi ante p̄mā orōnē tantū. Alie orōnes cum Oꝛemus.

Aſſit q̄s dñe famulis tuis inſpiratio grē ſalutaris: q̄ coꝛda eoꝛū fletuū vbertate reſoluat/ ſicq̄ macerādo cōficiat: vt iracūdie tue mot⁹/ ydonea ſatiſfactione cōpeſcat. Per xp̄m. Oꝛem⁹. Oratio.

Da q̄s dñe deus noſter his famulis tuis continuā purgationis ſue obſeruātiā penitēdo gerere: ⁊ vt hoc efficacius implere valeāt: grā eos tue viſitatiōis p̄ueniat ⁊ ſubſequat̄. P. Oꝛemus. Oꝛ

Preueniat hos famlos tuos queſum⁹ dñe mīa tua: vt oēs iniquitates eoꝛū celeri indulgētia deleant̄. Per xp̄m. Oꝛemus. Orō.

Adeſto dñe ſupplicationib⁹ nr̄is: nec ſit ab his famlis tuis clementie tue longiqua miſeratio: ſana vulnera/ eoꝛumq̄ remitte peccata: vt nullis a te iniquitatibus ſeparati/ tibi domino ſemper valeāt adherere. Per chriſtum dominū noſtrum. Oꝛemus. Oratio.

Domine deus nr̄ qui offenſione nr̄a non vinceris: ſed ſatiſfactione placaris/ reſpice q̄s ſuper famulos tuos qui ſe tibi grauiter peccaſſe cōfitent̄/ tuū eſt eni abſolutionē criminū dare/ et veniā preſtare peccātib⁹/ qui dixiſti penitentiam te malle pctōꝝ ꝙ moꝛtem: concede ergo dñe his famulis tuis vt tibi penitētie excubias celebrēt ⁊ coꝛrectis actib⁹ ſuis cōferri ſibi a te ſempiterna gaudia gratulētur.

Per xp̄m dn̄m noſtrum. Oremus.

Deus cui⁹ indulgētia oīs hō̄ īdiget memēto famuloꝝ famulaꝝ tuaꝝ: et qꝛ lubrica terrenaqꝫ corꝑis fragilitate nudati virtute ī multis deliq̄rūt: q̄s vt deſ veniā confitentibus parcas ſupplicibus / vt qui ſuis meritis accuſant̄ tua miſeratione ſaluent̄. Per xp̄m Hic nō dr̄ Dn̄s vobiſcū. nec Oremus. ſed vertat ſe ſacerdos ad populū ⁊ extēdēs manū dicat ſup eos ſine nota: ſed ī audiētia hoc modo

Abſoluim⁹ vos vice bt̄i petri aploꝝ ꝑncipis cui collata eſt a dn̄o poteſtas ligādi atqꝫ ſoluēdi: et q̄tū ad vos ꝑtinet accuſatio ⁊ ad nos remiſſio: ſit vobis oīp̄s de⁹ vita et ſal⁹ et oīm pctōꝝ vroꝝ pius indultor. Qui viuit ⁊ reg. cū deo pa.

¶ Deinde ſurgāt oēs a pſtratione oſculātes terrā vel formulas ſacerdote dicēte Qui viuit ⁊ regnat. Et Deinde fiat bn̄dictio cinerum ſine Dn̄s vobiſcū. et ſine Oremus. et ſacerdote ad orientem conuerſo. or.

Omīp̄s ſempiterne de⁹ q̄ miſereris oīm et nichil odiſti eoꝝ q̄ feciſti diſſimulās pctā hoīm propter penitētiā q̄ etiā ſubuenis ī neceſſitate laborantib⁹ bn̄ ✠ dicere ⁊ ſcti ✠ ficare hos cineres dignare / quos cauſa hūilitatꝫ ⁊ ſctē religionis ad emūdāda delicta nr̄a ſup capita nr̄a more niniuitaꝝ ferre ꝯſtituiſti ⁊ da ꝑ īuocationē ſancti tui nōis vt oēs q̄ eos ad dep̄cādā mīaꝫ tuā ſup capita ſua tulerit a te mereant̄ oīm delictoꝝ ſuoꝝ veniā accipere ⁊ hodie ſic eoꝝ īchoare ſctā ieiunia vt ī die reſurrectiōis purificatis mētib⁹ ad ſctm̄ mereant̄ accedere paſcha: et ī futuro perpetuā accipere gloriam. Per dominum.

¶ Hic aſpergatur aqua benedicta ſuper cineres. Deinde dicitur Dominus vobiſcum. et Oremus. or.

tuā ipſa me deduxerūt et adduxerūt
i mōtē ſctm̄ tuū / et in tabernacula
tua. Ab hac die vſqꝫ ad paſch.
nō dr̄ Glia pri. poſt officiū ad miſſam
de temporali: niſi tantū in die
cene quando eps̄ celebrat. Oratio

QUeſumus omnipotens deus
familiam tuam propicius reſpice
vt te largiēte regatur i corpore:
et te ſeruāte cuſtodiatur i mēte
Per dn̄m noſtrum. C Ad hebreos.

FRatres: Chriſtꝰ aſſiſtens pōtifex
futurorꝫ bonorum / per
amplius et perfectius tabernaculum
non manufactum: id eſt nō huius
creatiōis / neqꝫ per ſanguinem
hyrcorꝫ / aut vitulorꝫ / ſed p ppriū
ſanguinem introiuit ſemel in ſancta
eterna redēptione inuēta. Si eī
ſanguis hyrcorꝫ / aut thaurorū / ꝛ
cinis vitule aſpſus inqnatos ſanctificat
ad emūdationē carnis: q̄to
magis ſanguis xp̄i qui per ſpiritū
ſctm̄ ſemetipm̄ obtulit imaculatū
deo / emūdabit cōſciētiā noſtrā
ab opibus mortuis ad ſeruiēdum
deo viuēti? Et ideo noui teſtamēti
mediator eſt vt morte itercedēte / i
redēptionē earū preuaricationum
q erāt ſub priori teſtamento: repromiſſionē
accipiant qui vocati ſunt
eterne hereditatis. In xp̄o ieſu domino
nr̄o. Gr. Eripe me dn̄e de inimicis
meis: doce me facere volūtatem
tuam. V. Liberator meus domine
de gentibus iracundis: ab inſurgētibꝰ
i me exaltabis me / a viro
iniquo eripies me. Tr.

SEpe expugnauerūt me a iuuentute
mea. V. Dicat nūc iſrl': ſepe expugnauerūt
me a iuuētute mea. V.
Etenī nō potuerūt michi: ſupra dorſū
meū fabricauerūt pctōres. V. Prolōgauerūt
iniq̄tatē ſibi: dn̄s iuſtꝰ concidet
ceruices pctōꝝ. S. iohanni.

IN illo tp̄e: Dicebat ieſꝰ turbis
iudeorꝫ: et principibus ſacerdotū.
Quis ex vobis arguet me
de pctō? Si veritatē dico vobꝭ: quare
vos non creditis michi? Qui ex
deo eſt: verba dei audit. Propterea
vos nō auditis: q2 ex deo non eſtis
Rn̄derūt igitur iudei: et dixerūt ei.
Nonne benedicimus nos q2 ſamaritanus
es tu: ꝛ demonium habes?
Rn̄dit ieſus. Ego demonium non

habes: ſed honorifico patrē meū ⁊
vos inhonoraſtis me. Ego aūt nō
q̄ro gloriā meā: eſt q̄ q̄rat ⁊ iudicet
Amē amē dico vob̄: ſi q̄s ſermonē
meū ſeruauerit mortē nō guſtabit
in eternū. Dixerūt ergo iudei. Nūc
cognouimꝰ: q̄r demoniū habes Abrahā
mortuꝰ eſt ⁊ ꝓphete ⁊ tu dicis ſi
q̄s ſermonē meū ſeruauerit mortē
nō guſtabit i eternū. Nūq̄d tu maior
es p̄re nr̄o abrahā q̄ mortuꝰ eſt?
Et ꝓphete mortui ſūt. Quē teipſū
facis? Rn̄dit ieſꝰ. Si ego glorifico
meipſū: glīa mea nichil eſt Eſt pat
meus q̄ glīficat me: quē vos dicit̄
q̄r deꝰ veſter eſt ⁊ nō cognouiſt̄ eū
Ego aūt noui eū Et ſi dixero q̄r neſcio
eū: ero ſimilis vob̄ mēdax Sȝ
ſcio eū: et ſermonē eiꝰ ſeruo. Abrahā
pater veſter exultauit vt videret
diē meū: ⁊ vidit ⁊ gauiſꝰ eſt. Dixerunt
ergo iudei ad eum. Quinquaginta
annos nondū habes: ⁊ abraham
vidiſti? Dixit eis ieſus Amen
amen dico vobis: anteq̄ abraham
fieret ego ſum. Tulerunt ergo lapides:
vt iacerent in eū. Jeſus aūt
abſcondit ſe: et exiuit de templo.
Offer. Cōfitebor tibi dn̄e i toto corde
meo / retribue ſeruo tuo vt viuā
⁊ cuſtodiā ſermones tuos: viuifica
me ſcd̄m vbū tuū dn̄e. Secr.
Hoſtias fideliū tuoꝝ oīps deꝰ
propiciꝰ intuere et cōcede ne
cathena ſcl̄i captiuos teneat quos
paſſione filij tui in oībꝰ liberos eſſe
voluiſti. Qui tecū. Prefa. quotꝫ.
Hac die dū ſacerdos ſe cōicat: cātetur
hec cōio. Hoc corpꝰ quod ꝓ vobis
tradetꝫ: hic calix noui teſtamēti
eſt i meo ſanguine dicit dn̄s: hoc
facite quotienſcunq̄ ſumitis i meam
cōmemorationem. Poſtcōio.
Adeſto nobis q̄s dn̄e deꝰ noſter
⁊ quos tuis myſterijs re
creaſti: perpetuis defende preſidijs

ver dūm. ¶ Feria .ij. Officium.
Miſerere michi domine ps. 55
qm̄ cōculcauit me hō
tota die bellās tribulauit
me. ℣. Cōculcauerūt eodē
me inimici mei
tota die qm̄ multi bellātes aduerſum
me. Nō dr̄ Glia pr̄i. Oremus
Flectamus genua Leuate. Oratio
Sanctifica q̄s dn̄e nr̄a ieiunia
⁊ cūctaꝝ nob̄ ꝓpiciꝰ idulgētiā
largire culpaꝝ. Lc̄cio ione ꝓph.
In diebꝰ illis: Factū eſt vbū ca. 3.
dn̄i ad ionā ꝓphetā ſcd̄o: dicēs. A
Surge / ⁊ vade i niniuē ciuitatē
magnā: ⁊ p̄dica i ea p̄dicationē
quā ego loquor ad te Et ſurrexit ionas:
⁊ abijt i niniuē iuxta vbū dn̄i
Et niniue erat ciuitas magna itinere
dierꝫ triū Et cepit ionas itroire
i ciuitatē itinere diei vniꝰ Et clamauit
⁊ dixit. Adhuc quadraginta B
dies ⁊ niniue ſubuertetꝫ Et crediderūt
viri niniuite i dn̄o ⁊ p̄dicauerūt
ieiuniū / ⁊ veſtiti ſūt ſaccis a maiore
vſq̄ ad minorē. Et ꝑuenit vbuꝫ C.
ad regē niniue: et ſurrexit de ſolio
ſuo ⁊ abiecit veſtimētū ſuū a ſe / ⁊ idutus
eſt ſacco / ⁊ ſedit i cinere. Et
clamauit: ⁊ dixit. In niniue ex ore
regis ⁊ principū eius dicēs. Hoīes D
et iumēta et boues ⁊ pecora nō guſtēt
quicq̄ nec paſcantꝫ: ⁊ aquā nō
bibāt. Et operiantꝫ ſaccis hoīes: et
iumenta clament ad deum in fortitudine.
Et ꝯuertatur vir a via ſua
mala ⁊ ab iniquitate que eſt in manibus
eoꝝ. Quis ſcit ſi ꝯuertatur
et ignoſcat deus ⁊ reuertatur a furore
ire ſue / ⁊ non peribimus? Et
vidit deꝰ opera eoꝝ: q̄r ꝯuerſi ſunt
de via ſua mala. Et miſertꝰ eſt deus
ſuper malicia quam locutꝰ fuerat
vt faceret eis: ⁊ nō fecit. Et miſertus
eſt populo ſuo: dn̄s deꝰ nr̄.
Gr. Deus exaudi orationē meam ps. 53

auribus ꝑcipe verba oris mei. vꝰ.
ps. 53 Deus in noīe tuo ſaluū me fac: et ĩ
virtute tua iudica me. Tractus.
ps 102 Domine nō ſcđm pctā noſtra
que fecimꝰ nos: neq ſcđꝫ ĩi-
quitates nr̃as retribuas nobis. v
ps.78 Dñe ne memineris iniq̃tatū nr̃aꝝ
antiquaꝝ cito anticipent nos mie
tue: q̃ꝛ pauperes facti ſumꝰ nimis.
Hic non fiat genuflexio cū dicit v
Ebis. Adiuua nos deꝰ ſalutaris nr̄ et ꝓ-
pter gloriā noīs tui dñe libera nos
et ꝓpicius eſto pctīs nr̃is propter
nomē tuum. Secundū iohannem.
7.c. E In illo tp̄e: Miſerūt p̃ncipes
⁊ phariſei miniſtros: vt app̃
henderēt ieſum. Dixit ergo eis ie-
ſus. Adhuc modicū tp̄s vobiſcum
ſum: ⁊ vado ad eū q̃ miſit me. Que
retis me ⁊ nō iuenietis: ⁊ vbi ſum
ego/ vos nō poteſtis venire. Dixe
rūt ergo iudei ad ſemetipſos. Quo
hic iturꝰ ē: q̃ꝛ nō iueniemꝰ eū. Nū
q̇d ĩ diſperſionē gētiū iturus eſt: ⁊
docturꝰ gētes? Quis eſt hic ſermo
quē dixit: q̃retiꝫ me ⁊ nō iuenietis ⁊
vbi ſū ego/ vos nō poteſtis venire
F In nouiſſio aūt die magno feſtiui
tatis: ſtabat ieſꝰ ⁊ clamabat dicēs
Si q̇s ſitit: veniat ad me et bibat.
Qui credit ĩ me ſicut dicit ſcriptu
ra: flumia de vētre eiꝰ fluent aq̃ vi
ue. Hoc aūt dixit de ſpū: quē acce-
ps. 6. pturi erāt credētes ĩ eū. Offm. Dñe
conuertere et eripe animā meā ſal
eodē uū me fac/ ꝓpter miām tuā. v. Do
mine ne ĩ furore tuo arguas me: ne
q ĩ furore tuo corripias me. Secr.
Sacrificiū laudis de ꝑceptiōe
tuoꝝ dñe deferimus p̃ſidioꝝ
q̇s vt ꝑcipienda ſecurius veriuſq̃
ps. 23 ſumamꝰ. Per dñm. Cōio Dñs vir
tutū ipſe eſt rex glorie. Poſtcōio.
Sacramēti tui q̇s dñe partici-
patio ſalutaris ⁊ purificatio
nē nobis p̄beat et medelam. Per.

Sup pplm̄. Humiliate capita.
Da q̇s dñe populo tuo ſpiritū
veritatis ⁊ pacis: vt te tota
mente cognoſcat/ et que tibi placi
ta ſunt pia deuotiōe exerceat. Pđ.
eiuſdem. ¶ Feria tertia. Officiū.
Expecta dñꝫ viriliter age ⁊
confortetur cor tuum ⁊ ſuſtine
dñm. v Dñs illuīatio mea
et ſalꝰ mea quem timebo?
Nō dr̄ Gla pr̄i. Flectamꝰ ge. Or.
Noſtra tibi q̇s dñe ſint acce-
pta ieiunia: q̃ nos ⁊ expiādo
gratia tua dignos efficiāt et ad re
media perducāt eterna. Per domi
num. Lectio danielis prophete.
In diebꝰ illis: Cōgregati ſūt
babiloniȷ ad regē: ⁊ dixerūt ei
Trade nobis danielē q̇ bel deſtru-
xit: et drachonē iterfecit. Alioqui
interficiemus te: ⁊ domū tuā. Vi-
dit ergo rex q̄ irruerēt in eū vehe- f
menter: ⁊ neceſſitate ꝯpulſus/ tra
didit eis danielē. Qui miſerūt eū ĩ
lacū leonū: ⁊ erat ibi ſex diebꝰ. Po-
ro/ ĩ lacu erāt leones ſeptē: ⁊ daba
tur eis quotidie duo corpora ⁊ due
oues. Et tūc nō data ſūt eis: vt de-
uorarēt danielē. Erat aūt abacuc
ꝓpheta in iudea: ⁊ ipe coxerat pul
mētū/ ⁊ itriuerat panes ĩ alueolo
et ibat ĩ campum vt ferret meſſori
bus. Dixitq̃ āgelꝰ dñi: ad abacuc
Fer prandiū quod habes in babilo
nem danieli: qui eſt ĩ lacu leonum.
Et dixit abacuc. Dñe babilonē nō
vidi: et lacum neſcio. Et apprehen
dit eum angelus dñi ĩ vertice eius
et portauit eū capillo capitis ſui/
poſuitq̃ eū ĩ babilonē ſup lacum:
in impetu ſpiritꝰ ſui. Et clamauit
abacuc dicēs. Daniel ſerue dei: tol
le prādiū qđ tibi miſit deus. Et ait
daniel. Recordatus eni es mei dñe
deus meꝰ: et nō dereliq̇ſti diligen-
tes te. Surgenſq̃ daniel comedit

Poꝛro āgelꝰ dñi: reſtituit abacuc
ↄfeſtim ī loco ſuo. Venit ergo rex
die ſeptimo: vt lugeret danielē. Et
venit ad locum: et introſpexit. Et
ecce daniel: ſedēs ī medio leonū. Et
exclamauit rex: voce magna dicēs
Magnꝰ es dñe: deꝰ danielis. Et ex
traxit eū de lacu. Illos aūt q̄ ꝑditi
onis eiꝰ cauſa fuerāt ītromiſit ī la
cū: ⁊ deuoꝛati ſunt ī momēto coꝛā
eo. Tūc rex ait. Paueāt oēs habitā
tes in vniuerſa terra deū danielis
qꝛ ipſe eſt liberatoꝛ ⁊ ſaluatoꝛ faci
ens ſigna/ ⁊ mirabilia in celo ⁊ in
terra. Qui liberauit danielē: de la
ꝑ42 cu leonū. Gr. Diſcerne cauſā meā
dñe ab homīe īiquo ⁊ doloſo eripe
eodē me. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē
tuā/ ipſa me deduxerūt ⁊ adduxerūt
in montē ſanctū tuū. Scdm iohē.
Jo.7 In il.t. Ambulabat ieſꝰ ī gali
A leā. Nō eñ volebat ī iudeā am
bulare qꝛ q̄rebāt eū iudei īterficere
Erat autem ī ꝓximo dies feſtꝰ iu
deoꝝ: ſcenophegia. Dixerūt ergo
ad eū: frēs eiꝰ. Trāſi hīc ⁊ vade ī iu
deā: vt ⁊ diſcipli tui videāt opera
tua q̄ facis. Nemo q̄ppe ī occulto a
liq̄d facit: ⁊ q̄rit ipe ī palā eſſe. Si
hec facis: manifeſta teipm mundo
Neq̄ eñ frēs eiꝰ credebāt ī eo. Dixit
ergo eis ieſꝰ. Tp̄s meū nōdū adue
nit: tp̄s aūt veſtrū ſp eſt paratum.
Nō pōt mūdꝰ odiſſe vos: me autē
odit/ qꝛ ego teſtioniū ꝑhibeo de il
lo/ qꝛ opa eiꝰ mala ſunt. Vos aſcē
dite ad diē feſtū hūc: ego aūt nō a
ſcendā ad diē feſtū iſtū: qꝛ tp̄s meū
B nōdū ipletū eſt. Hec cū dixiſſet: ip
ſe māſit ī galilea. Vt aūt aſcēderūt
frēs eiꝰ: tūc ⁊ ipſe aſcēdit ad diē fe
ſtū nō manifeſte/ ſʒ quaſi ī occulto
Iudei ergo q̄rebāt eū in die feſto ⁊
dicebant. Vbi eſt ille? Et murmur
multus erat de eo: ī turba. Quidā
aūt dicebāt: qꝛ bonꝰ eſt. Aliq̄ aūt di
cebant: nō/ ſed ſeducit turbas. Ne
mo tñ palā loq̄bat̄ de illo: ꝓpt me
tū iudeoꝝ. Offer. Sperēt ī te oēs q̄ ꝑ.11.
nouerūt nomē tuū q̄m nō dereli
quis q̄rētes te: pſallite dño q̄ ha
bitat in ſyon q̄m nō eſt oblitꝰ oꝛa
tionem pauperū. Vꝰ. Sedes ſuper
thꝛonū qui iudicas equitatem in
crepaſti gētes et perijt impius iu
dicare populū cuʒ iuſticia: et factꝰ
es refugium pauperum. Secreta.
Hoſtias tibi dñe deferimꝰ im
molādas: que tpalē conſola
tionē nobis ipendāt: vt ꝑmiſſa cer
tius non deſperemus eterna. Per.
Cōio. Redime me deus iſrael ex oi ꝑ.14
bus anguſtijs meis. Poſtcōm.
Da q̄s oīps deꝰ: vt q̄ diuina ſūt
iugiter exeq̄ntes: donis me
reamur celeſtibꝰ ꝓpinquare. Per.
Sup ppl̄m. Humiliate ca. ve. deo. Ore
Da nobis dñe q̄s ꝑſeuerantē ī
tua voluntate famulatum/
vt in diebus noſtris et meritoꝝ nu
mero populus tibi ſeruiens augea
tur. Per. Feria quarta. Officiū
Liberatoꝛ meus de gē ꝑ.17
tibꝰ iracūdis: ab inſur
gentibꝰ in me exulta
bis me a viro iniquo
eripies me domine. Ps.
Diligam te domie foꝛtitudo mea: eodē
dominus firmamentum meum et
refugium meum. Non dr̄ vlterius
Oremꝰ. Flectamꝰ genua. Leua. Or.
Sanctificato hoc ieiunio deꝰ:
tuoꝛum coꝛda fidelium miſe
ratoꝛ illuſtra: et quibus deuotiōis
pꝛeſtas effectum: pꝛebe ſupplicāti
bus pium benignus auditū. Per
dominum. Lectio libri leuitici.
In diebꝰ illis: Locutꝰ eſt dñs c.19.
ad moyſen dicens. Loq̄re ad L.
vniuerſum cetū filioꝝ iſrl̄: ⁊ dices
ad eos. Ego dñs deus veſter. Non
facietis furtū: nō mentiemini: nec

decipiet vnuſquiſqȝ proximū ſuū.
Nō ꝑiurabis in nomine meo:nec
pollues nomē dei tui/ego dñs Nō
facies calumniā primo tuo:nec vi
opprimes eū. Nō morabitur opus
mercenarij tui apud te vſqȝ mane.
Non maledices ſurdo:nec corā ce
co pones offēdiculū. Sed timebis
dñm deū tuū:q2 ego ſum dñs. Nō
facies qđ iniquum eſt:nec iniuſte iu
dicabis. Nō cōſideres ꝑſonā pau
peris:nec honores vultū potētis.
Iuſte iudica primo tuo. Non eris
criminator:nec ſuſurro i populis.
Non ſtabis cōtra ſanguinē primi
tui:ego dñs. Nō oderis fratrē tuū
in corde tuo/ſed publice argue eū:
ne habeas ſup illo pctm̄. Nō q̄res
vltionē inimicoꝝ:nec memor eris i
D. iurie ciuiū tuoꝝ. Diliges amicū
tuū:ſicut teipm. Ego dñs. Leges
meas cuſtodite. Ego eñi ſum dñs
ps.29 deꝰ vr̄. Gr. Exaltabo te dñe qm̄ ſu
ſcepiſti me:nec delectaſti inimicos
eodē meos ſup me. V. Dñe deꝰ clamaui
ad te et ſanaſti me: dñe abſtraxiſti
ab inferis animā meā:ſaluaſti me
a deſcēdētibꝰ in lacum. Tractus.
ps 24 De neceſſitatibus meis eripe
eōla me dñe: vide hũilitatē meā
ſtra. et laborē meū:ꝫ dimitte oīa pctā
mea. V. Ad te dñe leuaui aīam meā
deꝰ meꝰ i te ꝯfido nō erubeſcā:neqȝ
irrideāt me inimici mei. V. Etei vni
uerſi q̄ te expectāt nō ꝯfūdent:ꝯfū
dant oēs faciētes vana. S. ioħem
c.10. In illo tp̄e: Fctā ſūt encenia
E i hieroſolymis:ꝫ hyems erat
Et ambulabat ieſus in tēplo:i por
ticu ſalomonis. Circūdederūt er
go eū iudei:ꝫ dicebant ei Quouſqȝ
animā noſtrā tollis? Si tu es xp̄s
dic nobis palam? Rñdit eis ieſus.
Loquor vobis et nō creditis. Opa
que ego facio in nōīe pr̄is mei:hec
teſtimonium perhibent de me. Sȝ
vos non creditis:quia non eſtis e
ouibus meis. Oues mee vocē mei
audiunt:et ego cognoſco eas et ſe
quūtur me. Et ego vitā eternā do
eis:et nō peribūt in eternū/ꝫ non
rapiet eas quiſq̄ de manu mea. Pa
ter meus qđ dedit michi maiꝰ oīmi
bus eſt:ꝫ nemo pōt rape de manu
pr̄is mei. Ego ꝫ pr̄ vnū ſumꝰ. Su
ſtulerūt ergo lapides iudei vt lapi
darēt eū. Rñdit eis ieſus. Multa
bona opera oſtendi vobis ex patre
meo/propter qđ eoꝝ opus me lapi
datis? Rñderūt ei iudei. De bono
opere nō lapidamus te:ſed de blaſ
phemia. Et q2 tu hō cū ſis:facis te
ipſum deū. Rñdit eis ieſus. Nōne
ſcriptum eſt i lege veſtra:q2 ego di
xi dij eſtis? Si illos dixit deos ad quos
ſermo dei factꝰ eſt/ꝫ non poteſt ſol
ui ſcriptura:quē pater ſctificauit
et miſit in mūdū/vos dicitis quia
blaſphemas/q2 dixi filius dei ſum
Si nō facio opa patris mei:nolite
credere michi. Si aūt facio ꝫ ſi mi
chi nō vultis credere:operibus cre
dite. Vt cognoſcatis ꝫ credatis q2
in me eſt pr̄:ꝫ ego in pr̄e. Offer. Eri
pe me de inimicis meis deꝰ meꝰ:ꝫ
ab inſurgētibꝰ in me libera me do
mine. V. Q2 ecce captauerūt aīam
meā/irruerūt i me fortes. Secreta
Annue nobis q̄s miſericors
deꝰ:vt hoſtias placationis ꝫ
laudꝫ ſincero tibi deferamꝰ obſeq̄o
Per. Cōio. Lauabo inter innocētes
manꝰ meas ꝫ circuibo altare tuū
dñe:vt audiā vocē laudꝫ tue ꝫ enar
rē vniuerſa mirabilia tua. Poſtco.
Celeſtis doni bñdictiōe ꝑ
cepta te ſupplices deus oīps
deprecamur:vt hoc eidē nobis ꝫ ſa
cramēti cauſa ſit ꝫ ſalutis. P. Sup
pplic. Oremꝰ. Hũiliate ca. ve. d. Or.
Adueniat q̄s dñe mīa tua ſpe
rata ſupplicibꝰ ꝫ eis celeſti

munificẽtia tribuat/ quaten⁹ ⁊ recte petẽda poſtulẽt: ⁊ poſtulata percipiat. Per. ¶ Feria quīta. Officiū.

Da. 3. Omnia q̃ feciſti nobis dñe ĩ vero iudicio feciſti qꝛ peccauim⁹ tibi ⁊ mādatis tuis nō obediuim⁹ ſꝫ da gloriā noĩ tuo ⁊ fac nobiſcū ſcdꝫ multitudinẽ mīe tue. ps. 47. Magn⁹ dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̄i ĩ mōte ſctō ei⁹. Nō di. Glīa pa. Dicim⁹. Flectam⁹ genua. Leua. Or.

Preſta queſum⁹ oīps deus/ vt dignitas cōditiōis humane per immoderantiā ſauciata: medicinalis parſimonie ſtudio reformetur. Per. Lectio danielis pphete.

Da. D. In dieb⁹ illis: Orauit daniel dicẽs. Dñe deus iſrael ne deſpicias populū tuū: neqꝫ auferas mīaꝫ tuā a nobis. Propter abrahā dilectū tuū ⁊ yſaac ſeruū tuū ⁊ iſrł ſctm̄ tuū: q̃bus locut⁹ es pollicẽs ꝙ multiplicares ſemẽ eoꝝ ſicut ſtellas celi/ ⁊ ſicut arenā q̃ eſt ĩ littore maris Qꝛ dñe iminuti ſumus plus q̄ oēs gẽtes: ſumuſq̄ humiles in vniuerſa terra hodie propter pctā noſtra. Et nō eſt in tẽpore hoc princeps ⁊ propheta ⁊ dux: neq̄ olocauſtū/ neq̄ ſacrificiū/ neq̄ oblatio/ neq̄ incẽſum/ neq̄ locus primitiarū coram te/ vt poſſimus inuenire mīam/ ſed in aīo contrito ⁊ ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur Sicut in olocauſta arietū ⁊ tauroꝝ ⁊ ſicut ĩ milib⁹ agnoꝝ pĩguiū: ſic fiat ſacrificiū nr̄m in cōſpectu tuo hodie vt placeat tibi/ qꝛ nō eſt cōfuſio ꝯfidẽtibus ĩ te. Et nūc dñe ſeq̄mur in toto corde: ⁊ timemus te/ ⁊ querim⁹ faciẽ tuā. Ne ꝯfūdas nos ſꝫ fac nobiſcū iuxta manſuetudinẽ tuam: ⁊ ſecundū multitudinẽ miſericordie tue Et erue nos in mirabilib⁹ tuis et da gloriā noĩ tuo dñe: ⁊ ꝯfundātur oēs qui oſtẽdūt ſeruis tuis mala. Cōfundantur ĩ oī potẽtia: ⁊ robur eoꝝ cōteratur. Et ſciant qꝛ tu es dñs de⁹ ſol⁹: et glorioſ⁹ ſup orbẽ terrā: dñe deus nr̄. Gr. Tollite hoſtias ⁊ ĩtroite ĩ atria eius: adorate dñm in aula ſctā eius. ps. 95 V. Reuelabit dñs cōdẽſa: et in tẽplo ei⁹ oēs dicent gloriā. ps. 28 Secundū iohannẽ.

c. 7. F In illo tpe: Cum audiſſent q̃dā de turba ſermones ieſu: dicebāt. Hic eſt vere ppheta. Alij dicebāt. Hic eſt xp̄s. Quidā aūt dicebant. Nunq̄d a galilea xp̄s venit? Nōne ſcriptura dicit: qꝛ ex ſemine dauid ⁊ de bethleẽ caſtello vbi erat dauid vẽturus eſt chriſtus? Diſſenſio itaq̄ facta eſt in turba: propter eum. Quidā aūt ex ipſis volebant apprehẽdere eū: ſed nemo miſit ſuper illū manus. G Venerūt ergo miniſtri ad pōtifices et phariſeos: et dixerunt eis. Quare nō adduxiſtis eum? Reſponderunt miniſtri. Nūq̄ ſic locut⁹ eſt hō: ſicut hic homo loquitur. Rñderūt ergo eis phariſei. Nūq̄d ⁊ vos ſeducti eſtis? Nūquid aliquis ex prĩcipib⁹ credidit ĩ eum: aut ex phariſeis? Sed turba hec que non nouit legẽ: maledicti ſunt. Dixit nichodemus ad eos ille q̃ venit ad ieſum nocte: q̃ vnus erat ex ipſis. Nūquid lex nr̄a iudicat hominem: niſi pri⁹ audierit ab ipſo ⁊ cognouerit q̄d faciat? Rñderūt: ⁊ dixerūt ei. Nūquid ⁊ tu galileus es? Scrutare ſcripturas: ⁊ vide qꝛ propheta a galilea nō ſurgit. Et reuerſi ſunt vnuſquiſq̄ ĩ domū ſuā. Offer. Sup flumĩa babylonis illic ſedim⁹ ⁊ fleuim⁹: dū recordaremur tui ſyō. ps. 136. V. Memẽto dñe filiorū edō: in diẽ hieruſalẽ. codẽ Secreta.

Domine deus noſter q̃ in his poti⁹ creaturis quas ad fra

gilitatis nr̃e ſubſidiũ ꝯdidiſti tuo
quoqꝫ noĩ mũera iuſſiſti dicãda cõ
ſtitui: tribue q̃s vt ⁊ vite nobis p̃
ſentis auxiliũ/ ⁊ eternitatis effici
ps.118 ant ſacramẽtũ. p. Cõio. Memẽto
verbi tui ſeruo tuo dñe in quo mi
chi ſpẽ dediſti: hec me cõſolata eſt
in humilitate mea. Poſtcõio.

Quod ore ſumpſim⁹ dñe pura
mente capiam⁹: ⁊ de munere
tꝑali fiat nobis remediũ ſempiter
nũ. p. Sup ppl'm. Humiliate ca. Or.

Eſto q̃s dñe ꝓpici⁹ plebi tue:
vt que tibi non placẽt reſpu
entes: tuorũ potius repleãtur dele
ctationib⁹ mandatoꝝ. Per dñm.

Feria ſexta. Ad miſſam. Offm.

ps.30. Miſerere mihi dñe qm̃
tribulor: libera me ⁊
eripe me de manibus
inimicoꝝ meoꝝ: et a
perſequẽtib⁹ me dñe
non confundar qm̃ inuocaui te. ꝑ.
eodẽ In te dñe ſperaui nõ ꝯfũdar i eter
nũ: i iuſticia tua libera me. Nõ di
Glia pri. Flectam⁹ geñ. Leua. Or.

Cordibus noſtris q̃s dñe au
xiliũ gratie tue benign⁹ in
fũde: vt peccata noſtra caſtigatio
ne volũtaria cohibentes: tempora
liter potius maceremur/ q̄ ſuppli
ciis deputemur eternis. Per domi
num. Lectio hieremie prophete

c.17. c In dieb⁹ illis: Dixit hieremi
as. Dñe oẽs q̃ te derelinquũt
cõfundentẽ. Recedẽtes a te in terra
ſcribentur: qm̃ dereliquerũt venã
aquaꝝ viuẽtiũ dñm. Sana me dñe
et ſanabor: ſaluum me fac ⁊ ſaluus
ero/ quoniam laus mea tu es. Ecce
ipſi dicũt ad me. Ubi eſt verbũ dñi?
Ueniat. Ego non ſum turbatus te
paſtorẽ ſequẽs: ⁊ diẽ hoĩs non de
ſideraui tu ſcis. Qđ egreſſum eſt de
labiis meis: rectum in ꝯſpectu tuo
fuit. Nõ ſis mihi tu formidini ſpes
mea tu in die afflictionis. Confun
dantẽ qui me ꝑſequũtur ⁊ nõ ꝯfun
dar ego. Paueãt illi: ⁊ nõ paueam
ego. Induc ſup eos diẽ afflictiõis
et duplici ꝯtritiõe contere eos dñe
deus nr̃. Gr. Pacifice loquebãtur
michi inimici mei/ et i ira moleſti
erãt mihi. ꝟ. Uidiſti dñe de⁹ meus
ne ſileas ne diſcedas a me. Tract⁹

Domine nõ ſcdm pctã noſtra
q̃ fecim⁹ nos: neqꝫ ſcdz iniqui
tates nr̃as retribuas nobis. ꝟ. Dñe
ne memineris iniquitatũ nr̃aꝝ anti
quaꝝ/ cito anticipẽt nos mĩe tue:
quia pauperes facti ſumus nimis.
Hic nõ fiat genuflexio cũ dicit ꝟ.
Adiuua nos deus ſalutaris nr̃/ et
ꝓpter gloriam noĩs tui dñe libera
nos et ꝓpicius eſto pctĩs nr̃is pro
pter nomẽ tuũ. Secundũ iohannẽ

In illo tꝑe Collegerũt põtifi
ces ⁊ phariſei ꝯſiliũ aduerſꝰ
ieſũ: ⁊ dicebãt. Quid facim⁹ qꝛ hic
hõ multa ſigna facit? Si dimitti
mus eũ ſic: oẽs credẽt i eũ. Et veni
ent romani: ⁊ tollẽt locũ nr̃m ⁊ gẽ
tẽ. Un⁹ aũt ex ipſis cayphas noĩe
cũ eſſet põtifex anni illi⁹: dixit eis
Uos neſcitis q̄cq̄: nec cogitatis qꝛ
expedit vobis vt vnus moriatẽ hõ
pro populo/ ⁊ nõ tota gẽs pereat.
Hoc autẽ a ſemetipſo non dixit: ſꝫ
cum eſſet pontifex anni illius pro
phetauit qꝛ ieſus moriturus erat
pro gente. Et non tantũ pro gẽte/
ſed vt filios dei qui erant diſperſi
congregaret in vnũ. Ab illo ergo
die: cogitauerũt vt interficerẽt eũ
Ieſus ergo iam non in palam am
bulabat apud iudeos: ſed abijt in re
gionem iuxta deſertũ in ciuitatẽ
que dicitur effrem. Et ibi moraba
tur: cũ diſcipulis ſuis. Offm. Bñdi
ct⁹ es dñe doce me iuſtificatiões tu
as et ne tradas calũniantib⁹ me ſu
perbis et reſpõdebo exprobrãtib⁹

michi verbũ. V⁹ Vidi nõ ſeruãtes pactũ ⁊ tabeſcebã dñe/ qñ facies de ꝑſequẽtib⁹ me iudicium. Secreta.

Preſta nobis miſericoꝛs de⁹: vt digne tuis ſeruire ſꝑ altaribus mereamur ⁊ eoꝝ ꝑpetua participatiõe ſaluari. P. Cõio Ne tradidꝛis me dñe i aīas perſequentiũ me/ q2 inſurrexerũt i me teſtes iniq̃ et mẽtita eſt iniq̃tas ſibi. Poſtcõ.

Sumpti ſacrificij dñe ꝑpetua nos tuitio nõ derelinquat: ⁊ noxia ſꝑ a nobis cũcta repellat. P. Supꝑ pplm. Oīe⁹. Humiliate ca. Oꝛ.

Concede nobis q̃s dñe veniã ꝑctõꝝ ⁊ religionis augmentũ: atq̃ vt in nobis tua dona multiplices: tuis fac mãdatis ꝓmptiores. P. ¶ Sabbato. Ad miſ. Offi.

Miſerere michi dñe qm̃ tribulor: libera me ⁊ eripe me de manib⁹ inimicoꝝ meoꝝ/ et a ꝑſequẽtib⁹ me dñe non ꝯfundar qm̃ inuocaui te. Ps. In te dñe ſperaui nõ ꝯfundar i eternũ/ in iuſticia tua libera me. Nõ dicit Glia pri. Oꝛem⁹. Flectam⁹. Oꝛo.

Proficiat q̃s dñe plebs tibi dicata pie deuotiõis affectu vt ſacris actionibus erudita q̃to maieſtati tue fit gratioꝛ/ tanto donis potioꝛib⁹ augeatur. Per dominũ nr̃m ¶ Lectio hieremie prophete.

In dieb⁹ illis: Dixerũt impii iudei: ad īuicẽ. Venite cogitemus ꝯtra iuſtũ cogitatiões. Nõ eni peribit lex a ſacerdote: neq̃ ꝯſiliũ a ſapiẽte/ nec ſermo a ꝓpheta. Venite ⁊ ꝑcutiam⁹ eũ lingua: ⁊ nõ attẽdam⁹ ad vniuerſos ſermões ei⁹. Attẽde dñe ad me: ⁊ audi voces aduerſarioꝝ meoꝝ. Nũq̃d redditur ꝓ bono malũ q2 foderũt foueã aie mee? Recoꝛdare q̃ ſteteri i ꝯſpectu tuo vt loq̃rer ꝓ eis bonũ: ⁊ auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eoꝝ i famẽ ⁊ deduc eos i manu gladii. Fiãt vxoꝛes eoꝝ abſq̃ liberis ⁊ vidue: ⁊ viri earum iterficiãt moꝛte. Iuuenes eoꝝ ꝯfodiãtur gladio i ꝓlio audiat clamoꝛ de domib⁹ eoꝝ. Adduces eni ſuper eos latronẽ repente: q2 foderũt foueam vt caperẽt me/ ⁊ laq̃os abſcõderũt pedibus meis. Tu autẽ dñe ſcis ꝯſiliũ eoꝝ aduerſũ me i moꝛtẽ Ne ꝓpicieris īiquitati eoꝝ ⁊ peccatum eoꝝ a facie tua non deleat Fiãt coꝛruẽtes i ꝯſpectu tuo: i tẽpoꝛe furoꝛis tui: dñe de⁹ me⁹. Gr.

Pacifice loquebãtur michi inimici mei: ⁊ i ira moleſti erant michi. V. p 54
Vidiſti dñe de⁹ me⁹ ne ſileas: ne diſcedas a me. ¶ Scdm iohannem.

In illo tp̃e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis: ⁊ turb; iudeoꝝ Amẽ amẽ dico vobis niſi mãducaueritis carnẽ filij hois et biberitis ei⁹ ſanguinẽ/ nõ habebitis vitã in vobis Qui manducat meã carnẽ et bibit meũ ſanguinẽ: habet vitã eternam. Et ego reſuſcitabo eum: in nouiſſimo die. Caro ei mea vere eſt cib⁹ et ſanguis me⁹ vere eſt pot⁹. Qui manducat meã carnẽ et bibit meũ ſanguinẽ: i me manet et ego i illo. Sicut miſit me viuẽs pater: et ego viuo ꝓpter patrẽ. Et qui manducat me: ⁊ ipſe viuet ꝓpter me. Hic eſt panis qui de celo deſcẽdit. Non ſicut mãducauerũt p̄res veſtri mãna ⁊ moꝛtui ſũt. Qui mãducat hũc panẽ: viuet ineternũ Hec dixit i ſynagoga: docẽs ſabbato i capharnaum. Multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerunt. Durus eſt hic ſermo. Quis poteſt eũ audire? Sciens aũt ieſus apud ſemetipſũ. quia murmurarẽt de hoc diſcipuli eius: dixit eis. Hoc vos ſcãdalizat Si ergo videritis filiũ hois aſcendentem vbi erat prius: ſp̃us eſt qui

c. 6.
F
G

viuificat/caro nõ ꝓdest q̄cq̄. Verba q̄ ego locutꝰ sũ vobis: spũs ⁊ vita sũt. Sed sunt q̄dã ex vobis: q̄ nõ credũt. Sciebat aũt ab īitio iesꝰ q̄ essẽt nõ credẽtes: ⁊ q̄s traditurꝰ esset eũ et dicebat. Propterea dixi vobis: q̄ nemo potest vẽire ad me nisi fuerit ei datũ a pr̃e meo. Ex hoc ergo multi discipuloꝝ eiꝰ abierũt retro: ⁊ iã nõ cũ illo ãbulabãt. Dixit ergo iesus ad duodeci. Nũq̄d ⁊ vos vultis abire? Rñdit ergo ei symõ petrꝰ. Dñe/ad quẽ ibimꝰ? Verba vite eterne habes. Et nos credimus ⁊ cognouimꝰ: q̄ tu es xp̃s filius dei. Respõdit ei iesꝰ. Nõne ego vos duodeci elegi: et vnꝰ ex vobis dyabolꝰ est? Dicebat autẽ de iuda scariothis. Hic erat traditurꝰ eũ: cũ esset vnus ex duodecim. Offer.

p.79 Recordare q̄ steterim in cõspectu tuo/vt loquerer ꝓ eis bonũ ⁊ auerterem indignationẽ tuam ab eis. ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Secreta

Suscipe creator ops q̄ ieiunãtes de tue munificẽtie largitate deferimꝰ: et ꝓ tẽporali nobis collata p̄sidio/ad vitã cõuerte propiciatꝰ eternã. P. Cõio. Ne tradideris me dñe in aĩas

p.26 persequentium me: q̄ insurrexerũt ĩ me testes iniq̄: et mentita est iniq̄tas sibi. Postcõ

Diuini muneris largitate satiati q̄s dñe deus nr̃: vt huiꝰ sẽp participatione viuamꝰ. Per d. Sup populũ. Humiliate ca. ve. d. Or.

Tueatur q̄s dñe dextera tua populum deprecantẽ: et purificatum dignanter erudiat vt et cõsolatione presenti foueatur ⁊ ad futura bona proficiat. Per dominũ.

¶ Dñica in ramis palmarum post aspersionem aque benedicte legatur hec lectio ad gradum altaris a parte australi ab accolito alba induto super flores et frondes cũ suo titulo. ¶ Lectio libri exodi.

IN diebus illis Venerũt filii israel ĩ heli/vbi erãt fõtes aquaꝝ duodecĩ ⁊ septuaginta palme: ⁊ castrametati sũt iuxta aquas. Profecti sũt de heli/et venit oĩs multitudo filioꝝ isrl' ĩ desertũ syn: qd' est inter heli ⁊ synai/quinto decĩo die mẽsis scd̄i/postq̄ egressi sũt de terra egypti. Et murmurauit oĩs cõgregatio filioꝝ israel: cõtra moysen ⁊ aarõ ĩ solitudĩe. Dixerũtq̄ ad eos filii israel. Utinã mortui essemꝰ p manũ dñi ĩ terra egypti/qñ sedebamus sup ollas carniũ: ⁊ comedebamus panes ĩ saturitate. Cur eduxistis nos ĩ desertũ istud: vt occideretis oẽm multitudinẽ fame? Dixit aũt dñs ad moysen. Ecce ego pluã vobis panes de celo. Egrediatur populus ⁊ colligat q̄ sufficiũt p singulos dies: vt temptẽ eũ vtrũ ambulet in lege mea an non? Die autẽ sexta parent qd' inferant: et sit duplũ q̄ colligere solebãt per singulos dies. Dixerũtq̄ moyses ⁊ aaron: ad oĩs filios israel. Vespere scietis q̄ dñs eduxerit vos de terra egypti: ⁊ mane videbitis gloriam dñi. Audiuit enim murmur vestrũ: contra dñm. Nos vero q̄d sumus: q̄ mussitastis contra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dominꝰ vespere carnes edere/⁊ mane panes in saturitate/eo q̄ audierit murmuratiões vr̃as q̄bus murmurati estis contra eum. Nos eñ quid sumus? Nec ꝯtra nos est murmur vestrũ: sed cõtra dñm. Dixitq̄ moyses ad aarõ. Dic vniuerse ꝯgregatiõi: filioꝝ israel. Accedite corã dño Audiuit enim murmur vestrũ. Cũq̄ loqueretur aarõ ad oẽm cetum filioꝝ israel: respexerũt ad solitudinem. Et ecce gloria dñi: apparuit ĩ nube. ¶ Statim se quatur euāgeliū/ ⁊ legat̄ vbi leguntur euāgelia in ferialibus diebꝰ a dyacono ad oriētem cōuerſo more ſimplicis feſti poſt acceptā benedictionem. Secundum iohannem.

IN illo tp̄e Turba multa que conuenerāt ad diē feſtū cum audiſſent qꝛ venit ieſus hieroſolymā/ acceperūt ramos palmarū/ et ꝓceſſerūt obuiā ei/ ⁊ clamabant, Oſanna: bn̄dictus qui venit i noīe dn̄i/ rex iſrl̄. Et inuenit ieſꝰ aſellū: et ſedit ſuꝑ eū ſicut ſcriptū eſt. Noli timere filia ſyō: ecce rex tuus venit tibi māſuetus/ ſedēs ſuꝑ pullū aſine. Hec nō cognouerūt diſcipuli eius primū: ſed quando glificatꝰ eſt ieſus/ tunc recordati ſunt qꝛ hec erāt ſcripta de eo: et hec fecerūt ei. Teſtimoniū ergo perhibebat turba que erat cū eo/ qn̄ lazarū vocauit de monumēto: ⁊ ſuſcitauit euꝫ a mortuis. Propterea ⁊ obuiā venit ei turba: qꝛ audierāt euꝫ feciſſe hoc ſignum. Phariſei ergo dixerūt ad ſemetipos. Videtꝭ quia nichil proficimus. Ecce mundus totus: poſt eū abiit. Finito euāgelio ſequatur bn̄dictio florū ⁊ frōdiū a ſacerdote induto cappa ſerica rubea ſuper gradū tercium altaris ad auſtralē cōuerſo: poſitis priꝰ palmis cū floribꝰ ſ̄ altare ꝑ clericis ꝑ aliis vero ſuꝑ gradū altaris i parte auſtrali.

EXorciſo te creatura florū vel frondium: in noīe dei patris oīpotētis: ⁊ i noīe ieſu xp̄i filii eiꝰ dn̄i nr̄i/ ⁊ in virtute ſp̄uſſcti: ꝑinde oīs virtꝰ aduerſarij/ oīs exercitus diaboli/ oīſqꝫ poteſtas/ oīs incurſio demonū eradicare et explantare ab hac creatura florum vel frondiū vt ad dei gratiā feſtinantiū veſtigia inſidiādo nō aſſequaris. Per eū qui venturꝰ eſt iudicare viuos ⁊ mortuos et ſeculū ꝑ ignē. ℟ Amē.

Deinde dicuntur orōnes ſine Dn̄s vobiſcū. ſed tm̄ cū Oremus. Ora.

OMnip̄s ſempiterne deꝰ/ qui in diluuij effuſione noe famulo tuo ꝑ os colūbe geſtātis ramū oliue pacem terris redditā nunciaſti te ſupplices dep̄camur: vt hāc creaturā floꝝ et frondiū ſpatulaſqꝫ palmaꝝ ſeu frōdes arboꝝ quas āte cōſpectū glīe tue offerimus/ veritas tua ſcti ✠ ficet vt deuotꝰ populus in manibꝰ ſuſcipiēs eas/ bn̄dictionis tue gratiā conſequi mereatur. Per xp̄m. Et dicūt oēs orōnes ſub tono lectionis/ ⁊ cū Oremus. Ora.

DEus cuius filius ꝓ ſalute generis humani de celo deſcendis ad terras: ⁊ appropinquāte hora paſſionis ſue hieroſolymā i aſino ſedēs venire/ a turbis rex appellari ac laudari voluit: auge fidē in te ſperantiū/ ⁊ ſupplicū preces clementer exaudi/ veniat ſuꝑ nos q̄s dn̄e bn̄dictio tua ⁊ hos palmaꝝ ceteraꝝqꝫ arboꝝ ramos bn̄ ✠ dicere dignare vt oēs q̄ eos laturi ſunt benedictionis tue dono repleantur. Concede ergo dn̄e vt ſicut hebreoꝝ pueri oſanna in excelſis clamātes eidē filio tuo domino nr̄o ieſu chriſto cū ramis palmarū occurrerūt: ita nos arboꝝ ramos geſtāter cū bonis operibus occurramꝰ obuiā xp̄o/ et perueniamus ad gaudiū ſēpiternum. Per eūdē chriſtum. Or.

DEus q̄ diſperſa cōgregas et cōgregata cōſeruas: q̄ populis obuiam xp̄o ieſu ramos palmarum portātibus benedixiſti: bene ✠ dic etiam ⁊ hos ramos palmaꝝ ceterarumqꝫ arboꝝ quos tui famuli ad nominis tui benedictionē fideliter ſuſcipiūt: vt in quemcunqꝫ locum introducti fuerit/ tuā bn̄dictionem habitatores illiꝰ loci oēs conſequātur/ ita vt oī aduerſa va litudine effugata: dextera tua protegat quos redemit. Per eundem. Hic aſpergant̃ flores et frondes aqua bñdicta ⁊ thurificentur. Deinde dr̃ **Dñs vobiſcum.** et **Oremus.** Or.

Domine ieſu xp̃e fili dei viui mũdi ꝯditoꝛ et redẽptoꝛ: qui nr̃e liberatiõis ⁊ ſaluatiõis gr̃a ex ſũma celi arce deſcẽdere / carnẽ ſumere ⁊ paſſionẽ ſubire dignatꝰ es quiq; ſpõte ꝓpꝛia / loco eiuſdẽ paſſiõis appꝛopinquãs / a turbis cũ ramis palmarũ obuiantibꝰ bñdici / laudari / ⁊ rex bñdictꝰ veniẽs i nomine dñi clara voce appellari voluiſti: tu nũc nr̃e ꝯfeſſiõis laudationẽ acceptare / ⁊ hos palmaꝝ ceterarũq; arboꝝ ac floꝝ ramos bñ ✠ dicere ⁊ ſcti ✠ ficare digneris: vt q̃cũq; i tue virtutis obſeq̃o exinde aliq̃d tulerit / celeſti bñdictiõe ſctificatꝰ pctõꝝ remiſſionẽ: ⁊ vite eterne p̃mia ꝑcipe mereat̃. Per te ieſu xp̃e ſaluatoꝛ: q̃ cũ p̃re et ſpũ ſctõ viuis et regnas deꝰ. Per oĩa ſc̃la ſc̃loꝝ.

℟. **Amen.** His itaq; peractis ſtati diſtribuant̃ palme ⁊ iteꝝ cantent̃ he ſequẽtes aẽ. cãtoꝛe icipiẽte. an. **Pueri hebꝛeoꝝ tollẽtes.** Alia an. **Pueri hebꝛeoꝝ veſtim.** Dũ diſtribuũt̃ rami / ꝑparet̃ feretrũ cũ reliq̃s i quo coꝛpꝰ xp̃i i pixide depẽdeat: ⁊ ad locũ p̃me ſtatiõis a duobꝰ cl'is de ſecũda foꝛma nõ ꝑcedat̃ ſequẽdo: ſed ad locũ p̃me ſtatiõis obuiã veniendo h'itu nõ mutato: lumẽ deferat̃ i laterna ꝑcedẽte cũ cruce denudata et duobꝰ vexillis p̃cedẽtibꝰ: deinde eat ꝑceſſio vſq; ad locũ p̃me ſtationis / ſintq; miniſtri ꝑceſſiõis albis circũamicti abſq; tunicis vel caſulis induti / ita tñ q; ſacerd. ſit i cappa ſerica rubea choꝛo itaq; ſeq̃nte h'itu nõ mutato. In eũdo. an. **Pꝛia aũt.** an. **Cũ appꝛopinquaret.** Si at nõ ſufficiũt he due aẽ. pd. vſq; ad locũ p̃me ſtatiõis tũc ſequat̃ he ãe. ſcʒ **Cũ audiſſet.** an. **Ante ſex.** an. **Ante ſex dies paſſio.** Hic fiat p̃ma ſtatio vel ex ꝑte eccl'ie boꝛeali i extrema parte oꝛiẽtali ⁊ legat̃ hoc euãgeliũ. **Cũ appꝛopinquaſſet ieſꝰ.** Require hoc euãge. i p̃ma do. adue. dñi. fo. v. et legat̃ ab ipo dyaco. induto ad ꝑceſ. nõ iuxta crucẽ ſʒ ante ſacerd. loco pariſper ſecꝰ ſtationẽ illiꝰ diaconi mutato. Etiã ipo dyacono ad borealẽ ꝯuerſo: ⁊ legat̃ ſicut i feſ. ſimplici. ix. lec. bñdictiõe pꝛiꝰ accepta moꝛe ſolito. Finito euãgelio tres clerici de ſcda foꝛma habitu nõ mutato ꝯuerſi ad populũ ſtãtes ante magnã crucẽ ex parte occidẽtali ſimul cãtẽt ℣. **En rex veñ.** Poſt ſingulos vo ℣. executoꝛ officii icipiat an. **Salue.** ꝯuerſus ad reliq̃as qui pꝛoſequatur choꝛus cũ genuflexione oſculãdo terrã: ab ipſo etiã executoꝛe officii pꝛo illo cũ choꝛo fiat genuflexio. Clerici ante reliquias ℣. **En rex.** Senioꝛ. an. **Salue quẽ.** Chorus reſurgẽdo ꝓſequat̃. **Teſtatur.** Itẽ clerici ante reliquias loco nõ mutato dicãt ℣. **Hic eſt qui de edõ.** Itẽ ſenioꝛ loco nõ mutato dicat an. **Salue lux mũdi.** Choꝛus reſurgẽdo pꝛoſequat̃. **Rex regũ.** Itẽ clerici añ reliq̃as loco nõ muta. dicãt ℣. **Hic eſt ille.** Itẽ ſenioꝛ loco nõ mutato dicat an. **Salue nr̃a ſalus.** Chorus reſurgẽdo ꝓſequat̃. **Pax vera.** Deinde eat proceſſio ad locũ ſecũde ſtationis et feretrũ cũ caſula reliquiaꝝ pariter cũ luce in laterna iter ſubdia. et thuribu. deferat̃ cũ vexillis ex vtraq; parte / cãtoꝛe icipiente. an. **Dignꝰ es dñe.** an. **Occurrunt turbe.** Si autẽ nõ ſufficiũt he due ãe. ad locum ſcdẽ ſtationis tũc cãtẽtur hec duo ℟. vel vnũ eoꝝ. ℟. **Dñs ie.** ℣. **Cõuenerũt.** ℟. **Cogitauerũt.** ℣. **Teſtimoniũ.** Hic fiat ſcda

ſtatio vcȝ ex pte eccłe auſtrali / vbi
ſeptẽ pueri ĩ loco eminẽtioꝛi ſimul
cãtẽt v. **Gloria laus.** Choꝛꝰ idẽ repe
tat poſt vnũquẽq; v. Clerici v. **Iſ
rael es tu.** v. **Cetus in excelſis.** vꝰ
plebs hebꝛea. Peracta hac ſtatiõe
eat pceſſio ꝑ medium clauſtri a dex
tra manu vſq; ad oſtiũ eccłe occidẽ
tale cãtãdo R. **Collegerũt.** Hic fiat
tertia ſtatio ſcȝ ãte ꝓdictũ oſtiũ vbi
tres clerici de ſupioꝛi gradu ĩ oſtio
habitu nõ mutato ꝯuerſi ad ppłm
cãtent. v. **Unus autem.** Repetitio
Ne foꝛte. His finitis ītrẽt eccleſiã
ꝑ idẽ oſtiũ ſub feretro ⁊ capſulis re
liquiaꝝ extrãſuerſo oſtij eleuata: cã
tãdo R. **Ingrediẽte dño.** Hic fiat
iiij. ſtatio ſ. ãte crucẽ ĩ eccła: ⁊ ĩ ip
ſa ſtatiõe executoꝛ officij icipiat ã.
Aue. cruce iã diſcoopta / et rñdeat
choꝛꝰ. **rex nr̃.** cũ genuflexiõe oſcu
lãdo terrã: ⁊ ſic incipiat ſenioꝛ ã. ter
ſingulis vicibꝰ voce exaltãdo vna
cũ cho. fiat genuflexio ⁊ pꝰ tertiã ĩce
ptionẽ cho. eãdẽ ã. ĩ ipa ſtatiõe cãtã
do ꝓſequat: qua finita ītrẽt choꝛũ
oẽs cruces ꝑ eccłas ſint diſcoopte
vſq; pꝰ veſpas. In ītroitu cho. R.
Circũdederũt. v. **Eripe me de.** R. **Et
ab.** or. **Oĩps ſẽ. d.** Peractis q̃ ad ꝓ
ceſſionẽ ptinẽt. Ad miſſam. Offic.

**Domine ne longe facias auxiliũ tuum a me
ad defenſionẽ meam
aſpice: libera me de
oꝛe leonis et a corni
bus vnicoꝛniũ humilitatẽ meã.** Ps.
**Deꝰ deꝰ meꝰ reſpice ĩ me: quare me
dereliq̃ſti?** Non dicit vlteriꝰ. Or.

**Omĩps ſempitẽne deꝰ: q̃ hũano
generi ad imitãdũ hũilitatis
exẽplũ ſaluatoꝛẽ nr̃m carnẽ ſume
re ⁊ crucẽ ſubire feciſti: ꝯcede ꝓpici
us: vt ⁊ patiẽtie ipſiꝰ habere docu
mẽta / ⁊ reſurrectiõis cõſoꝛtia me
reamur. ꝑ eũdẽ do.** Ad philippẽſes

Fratres: Hoc enĩ ſentite ĩ vo c. 2.
bis: q̃d ⁊ ĩ xp̃o ieſu. Qui cũ ĩ A
**foꝛma dei eſſet nõ rapinã arbitratꝰ
eſt eſſe ſe equalẽ deo: ſed ſemetipſũ
exinaniuit foꝛmã ſerui accipiẽs ĩ ſi
militudinẽ hoĩm factꝰ / ⁊ habitu ĩ
uẽtꝰ vt hõ. Humiliauit ſemetipſũ fa
ctus obediẽs vſq; ad moꝛtẽ: moꝛtẽ
aũt crucis. Propť q̃d ⁊ deꝰ exalta** B
**uit illũ et donauit illi nomẽ q̃d eſt
ſupꝛ oẽ nomẽ: vt ĩ noĩe ieſu oẽ genu
flectať celeſtiũ terreſtrium ⁊ infer
noꝝ Et oĩs lingua confiteať: quia
dñs nr̃ ieſus xp̃s: ĩ gl̃ia eſt dei p̃ris.**
Gr. **Tenuiſti manũ dexterã meã /** ps 72
**et in volũtate tua deduxiſti me / et
cum gloꝛia aſſumpſiſti me.** v. **Quã** eodẽ
**bonus iſrael deꝰ rectis coꝛde / mei
aũt pene moti ſunt pedes / pene ef
fuſi ſunt greſſus mei / q2 zelaui in
peccatoꝛibꝰ pacẽ peccatoꝝ videns**
Choꝛus alternatim dicat tractum

Deus deꝰ meꝰ reſpice in me / ps. 21
quare me dereliquiſti? v. **Lõ** ꝑ oia
ge a ſalute mea verba delictoꝝ me iſta
oꝛũ. v. **Deus meus clamabo per di
em / nec exaudies et nocte: et nõ ad
inſipiẽtiã michi.** v. **Tu aũt in ſan
cto habitas laus iſrł: in te ſperaue
rũt p̃res nr̃i / ſperauerũt ⁊ libera
ſti eos.** v. **Ad te clamauerũt ⁊ ſalui
facti ſunt: ĩ te ſperauerũt et nõ ſũt
confuſi.** v. **Ego ſum vermis ⁊ non
hõ / opꝓbriũ hoĩm ⁊ abiectio ple
bis.** v. **Oẽs q̃ videbãt me aſperna
bant me / locuti ſũt labijs ⁊ moue
rũt caput.** v. **Sperauit ĩ dño / eripiat
eũ / ſaluũ faciat eũ q̃m vult eũ.** v.
**Ipſi vo ꝯſyderauerũt ⁊ cõſpexerũt
me / diuiſerũt ſibi veſtimenta mea
et ſuper veſtem meam miſerũt ſoꝛ
tem.** v. **Libera me de oꝛe leonis / et
a coꝛnibus vnicoꝛniũ humilitatẽ
meam.** v. **Qui timetis dñm lauda
te eũ: vniuerſũ ſemẽ iacob magni
ficate eũ.** v. **Annũciabiť dño gñã**

tio vẽturus/ ⁊ annūciabūt celi iuſticiā eius. v. Populo qui naſcet quem fecit dñs. Sequit paſſio cum Dñs vobiſcū. ¶ Paſſio dñi nři ieſu xpi ſcðꝫ matheū. nō dicat Gl̃a tibi do.

c.26. A In illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis ✝ Scitiꝫ q2 poſt biduum paſcha fiet: et filiꝰ hoīs tradet vt crucifigat. c. Tūc ꝯgregati ſūt p̄ncipes ſacerdotū ⁊ ſeniores p̄pli ī atriū p̄ncipꝫ ſacerdotū q̄ dicebat cayphas: ⁊ ꝯſiliū fecerūt vt ieſū dolo tenerēt ⁊ occiderēt. Dicebāt aūt s. Nō ī die feſto. c. Ne forte tumultꝰ fieret ī p̄plo. Cū aūt eēt ieſꝰ ī bethania ī domo ſymonis leproſi: acceſſit ad eū mulier habēs alabaſtꝝ vnguēti p̄cioſi ⁊ effudit ſup caput ipſiꝰ recūbētis. Videntes aūt diſcipuli īdignati ſūt dicētes. s. Ut q̄d ꝑditio hec? Potuit ei iſtud venūdari multo: ⁊ dari pauperibꝰ. c. Sciens aūt ieſꝰ: ait illis ✝ Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opꝰ ei bonū opata eſt ī me. Nā ſp̄ paupes habetis vobiſcū: me aūt nō ſp̄ habebitꝫ Mittēs ei hec vnguētū hoc ī corpꝰ meū: ad ſepeliēdū me fecit. Amē dico vobis: vbicūq; p̄dicatum fuerit hoc euāgeliū ī toto mūdo/ dicet et q̄ hec fecit ī memoriā eiꝰ. c. Tunc abijt vnꝰ de duodeci q̄ dicebat iudas ſcarioth ad p̄ncipes ſacerdotū et ait illis. s. Quid vultꝫ michi dare: et ego vobis eū tradā? c. At illi ꝯſtituerūt ei trigīta argēteos. Et B exinde q̄rebat oportunitatē: vt eū traderet. Prima aūt die azimoꝝ: acceſſerunt diſcipuli ad ieſū dicētes. s. Ubi vis paremus tibi comedere paſcha? At ieſꝰ dixit. ✝ Ite ī ciuitatē ad quēdam: et dicite ei. Magiſter dicit. Tēpꝰ meū p̄pe eſt: apō te facio paſcha cū diſcipulis meis. c. Et fecerūt diſcipuli ſicut cōſtituit illis ieſꝰ: ⁊ parauerūt paſcha. Veſpere aūt facto: diſcūbebat cū duodeci diſcipulis ſuis. Et edētibꝰ illis: dixit. ✝ Amē dico vobis q2 vnꝰ vēm me traditurꝰ eſt. c. Et ꝯtriſtati valde: ceperūt ſinguli dicere. s. Nūq̄d ego ſū dñe? c. At ip̄e rñdēs ait ✝ Qui intīgit mecū manū ī paropſide: hic me tradet. Filiꝰ q̄dem hoīs vadit ſicut ſcriptū eſt de illo. Ve aūt hoī illi: p̄ quē filiꝰ hoīs tradet. Bonū erat ei: ſi natꝰ nō fuiſſet hō ille. c. Rñdēs aūt iudas q̄ tradit eū: dixit. s. Nūq̄d ego ſū rabbi? c. Ait illi. ✝ Tu dixiſti. c. Cenātibꝰ aūt eis: accepit ieſꝰ panē ⁊ bñdixit ac fregit/ deditq; diſcipulis ſuis/ et ait. ✝ Accipite ⁊ comedite hoc corpꝰ meū. c. Et accipiēs calicem/ grãs egit: ⁊ dedit illis dicēs. ✝ Bibite ex hoc oēs Hic eſt eñi ſanguis meꝰ noui teſtamēti: q̄ p̄ multꝫ effūdet in remiſſionē pctōꝝ. Dico aūt vobis: nō bibā amodo de hoc genimine vitis/ vſq; in diē illum cū illud bibā vobiſcū nouū ī regno patris mei. c. Et hymno dicto: exierūt in montē oliueti. Tūc dixit illis ieſus ✝ Oēs vos ſcandalū patiemini in me in iſta nocte. Scriptū eſt enim. Percutiā paſtorē: et diſpergētur oues gregis. Poſtq̄ aūt reſurrexero precedā vos ī galileam. c. Reſpondēs autē petrꝰ: ait illi. Et ſi oēs ſcādalizati fuerint in te: ego nūq̄ ſcādalizabor. c. Ait illi ieſus. ✝ Amē dico tibi: q2 in hac nocte anteq̄ gallus cantet: ter me negabis. c. Ait illi petrꝰ. s. Etiā ſi oportuerit me mori tecum: nō te negabo. c. Similiter et oēs diſcipuli dixerunt. Tūc venit ieſus cū illis in villā que dicitur gethſemani: et dixit diſcipulis ſuis. ✝ Sedete hic donec vadam illuc et orem. c. Et aſſumpto petro et duobus filijs zebedei: cepit contriſtari et meſtus

eſſe. Tũc ait illis. ✠ Triſtis eſt aĩa
mea: vſq; ad mortẽ. Suſtinete hic:
⁊ vigilate mecũ. c. Et progreſſꝰ pu
ſillũ: ꝓcidit ĩ faciẽ ſuã orãs ⁊ dicẽs
✠ Mi pr̃ / ſi poſſibile eſt: tranſeat
a me calix iſte. Verũtamẽ nõ ſicut
ego volo: ſꝫ ſicut tu. c. Et venit ad
diſcipulos: ⁊ inuenit eos dormien
tes. Et dixit petro ſic. ✠ Nõ potui
ſtis vna hora vigilare mecũ? Vigila
te ⁊ orate: vt nõ intretis ĩ tẽtatio:
nẽ. Spũs quidẽ promptꝰ eſt: caro
aũt ĩfirma. c. Iterũ ſcðo abiit ⁊ ora
uit dicẽs. ✠ Pater mi / ſi nõ poteſt
hic calix tranſire niſi bibã illũ fiat
voluntas tua. c. Et venit iterũ ⁊ in
uenit eos dormiẽtes. Erãt enĩ ocu
li eorũ grauati. Et relictis illis ite
rũ abiit ⁊ orauit tertio eũdẽ ſermo
nem dicens. Tũc venit ad diſcipu:
los ſuos: et dixit illis. ✠ Dormite
iã: ⁊ requieſcite. Ecce appropinqua
bit hora: ⁊ filiꝰ hoĩs tradet ĩ ma
E nus pctõꝝ. Surgite eamꝰ. Ecce ap
propinquabit: qui me tradet. c. Ad
huc eo loquente: ecce iudas vnꝰ de
duodecĩ venit / ⁊ cũ eo turba mul:
ta cũ gladiis et fuſtibus miſſi a prĩ
cipibus ſacerdotũ et ſenioribꝰ po:
puli. Qui autẽ tradidit eum: dedit
illis ſignum dicens. s. Quemcũq;
oſculatus fuero: ipſe eſt tenete eũ.
c. Et confeſtim accedens ad ieſum:
dixit. s. Aue rabbi. c. Et oſculatus
eſt eum. Dixitq; illi ieſus ✠ Amice
ad qđ veniſti? c. Tunc acceſſerũt et
manus iniecerũt in ieſum: ⁊ tenue
runt eum. Et ecce vnus ex his qui
erant cum ieſu / extendẽs manum
exemit gladium ſuum / et percuti:
ens ſeruum prĩcipis ſacerdotum /
amputauit auriculam eius. Tunc
ait illi ieſus. ✠ Conuerte gladium
tuũ: ĩ locũ ſuũ. Omnes enĩ q̄ acce:
perint gladium: gladio peribunt.
An putas qꝛ nõ poſſum rogare pa:
trẽ meum: et exhibebit mihi modo
pluſq̃ duodecim legiones ãgeloꝝ?
Quomodo ergo: implebũtur ſcri:
pture? Qꝛ ſic oportet fieri. c. In il
la hora: dixit ieſus turbis. ✠ Tãq̃
ad latronẽ exiſtis: cũ gladiis ⁊ fuſti
bus cõprehẽdere me. Quotidie apđ
vos ſedebã docens in tẽplo: et non
me tenuiſtis? c. Hoc aũt totum fa F.
ctum eſt: vt adimplerẽtur ſcriptu:
re prophetarũ. Tunc diſcipuli om
nes relicto eo fugerũt. At illi tenẽ
tes ieſũ: duxerunt ad cayphã prĩci
pẽ ſacerdotũ / vbi ſcribe ⁊ ſeniores
conuenerãt. Petrus aũt ſequeba:
tur eũ a lõge vſq; in atrium princi
pis ſacerdotũ. Et ingreſſus intro:
ſedebat cũ miniſtris vt videret finẽ.
Principes aũt ſacerdotum et omne
cõſiliũ querebãt falſum teſtimoni
um cõtra ieſum: vt eũ morti trade
rent. Et nõ inuenerũt: cum multi
falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime
aũt venerũt duo falſi teſtes: ⁊ dixe
runt. s. Hic dicit. Poſſum deſtrue
re tẽplũ dei: ⁊ poſt triduũ reedifica
re illud. c. Et ſurgẽs prĩceps ſacer
dotũ: ait illi. s. Nichil rñdes ad ea
q̄ iſti aduerſũ te teſtificãtur? c. Ie:
ſus aũt tacebat. Et princeps ſacer
dotũ: ait illi. s. Adiuro te ꝑ deũ vi:
uum: vt dicas nobis ſi tu es xp̃s fi
lius dei viui. c. Dixit illi ieſꝰ ✠ Tu
dixiſti. Verũtamẽ dico vobis: amo
do videbitis filium hoĩs ſedentẽ a
dextris virtutis dei: et venientem
in nubibus celi. c. Tunc princeps G
ſacerdotum: ſcidit veſtimenta ſua
dicens. s. Blaſphemauit. Quid ad
huc egemꝰ teſtibꝰ? Ecce nũc audi:
ſtis blaſphemiam. Quid vobis vi:
dẽr? c. At illi reſpondẽtes: dixerũt
s. Reus eſt mortis. c. Tunc expue:
runt in faciem eius: ⁊ colaphis eũ
ceciderũt. Alii autem palmas in fa
ciẽ eiꝰ dederũt: dicẽtes. s. Prophe

tiza nobis xp̄e: q̄s eſt q̄ te ꝑcuſſit? c. Petrus aūt ſedebat foris in atrio: et acceſſit ad eū vna ancilla dicens s. Et tu cū ieſu galileo eras. c. At ille negauit: corā oīb9 dicens. s. Neſcio qd dicis. c. Exeunte aūt illo ianuā: vidit eū alia ācilla/ ꝛ ait his qui erāt ibi. s. Et hic cū ieſu nazareno erat. c. Et iterū negauit cū iuramēto: qꝛ nō noui hoīem. Et poſt puſillū acceſſerūt q̄ ſtabant ꝛ dixerunt petro. s. Uere ꝛ tu ex illis es: nā et loquela tua manifeſtum te facit. c. Tunc cepit deteſtari et iurare: qꝛ nō nouiſſet hoīem. Et continuo gallus cātauit. Et recordatus eſt petrus verbi ieſu quod dixerat Priuſq̄ gallus cātet/ ter me negabis Et egreſſ9 foras: fleuit amare.

Mat 27. A

Mane aūt facto: cōſiliū īierūt oēs principes ſacerdotū et ſeniores ppl̄i aduerſus ieſū/ vt eū morti traderent Et vinctū adduxerūt eū et tradiderunt poncio pylato preſidi. Tūc vidēs iudas qui eū tradidit ꝙ dānatus eſſet: penitentia duct9/ retulit triginta argenteos pricipib9 ſacerdotū ꝛ ſenioribus dicens. s. Peccaui/ tradēs ſāguinē iuſtum. c. At illi dixerunt. s. Quid ad nos? Tu videris. c. Et ꝓiectis argēteis i templo/ receſſit: et abiens laqueo ſe ſuſpēdit. Principes aūt ſacerdotum acceptis argēteis: dixerunt. s. Nō licet mittere eos in corbanā: qꝛ ꝓcium ſanguinis eſt. c. Conſilio autē inito/ emerūt ex eis agrum figuli: in ſepulturā peregrinorum. Propter hoc vocat9 eſt ager ille acheldemach: hoc eſt ager ſanguīs vſq; in hodiernū diē. Tūc īpletū eſt quod dictum eſt ꝑ hieremiā ꝓphetam: dicētē. Et acceperūt triginta argenteos preciū appreciati quē appreciauerūt a filijs iſrael: et dederunt eos i agrum figuli ſicut conſtituit michi dn̄s.

B Jeſus aūt ſtetit ātē preſidē. Et īterrogauit eū p̄ſes: dicēs s. Tu es rex iudeoꝝ? c. Dixit illi ieſus. + Tu dicis. c. Et cū accuſaret a pricipib9 ſacerdotū et ſeniorib9: nichil reſpōdit. Tunc dixit illi pylatus. s. Nō audis: q̄ta aduerſum te dicunt teſtimonia? c. Et non reſpondit ei ad vllū verbū: ita vt miraretur preſes vehemēter. Per diē aūt ſolēnē: ꝯſueuerat p̄ſes dimittere populo vnū vinctū quē voluiſſent. Habebat aūt tūc vnū vīctū inſignē: q̄ dicebat barrabas. Cōgregatꝭ ergo illis: dixit pylat9. s.

C Quē vultis dimittā vobis barrabā: an ieſum q̄ dicit xp̄s? c. Sciebat enim ꝙ per inuidiā tradidiſſent eū. Sedente aūt illo pro tribunali miſit ad eū vxor eius dicēs. s. Nichil tibi ꝛ iuſto illi. Multa enī paſſa ſum hodie per viſū: ꝓpter eū. c. Principes aūt ſacerdotū ꝛ ſeniores ꝑſuaſerunt populis vt peterēt barrabā ieſum vero ꝑderent. Reſpōdēs autē preſes: ait illis. s. Quē vultis vobis de duob9 dimitti? c. At illi dixerūt. s. Barrabā. c. Dixit illis pylatus. s. Quid igit̄ faciā de ieſu: q̄ dicitur xp̄s? c. Dicūt omnes. s. Crucifigatur. c. Ait illis p̄ſes. s. Quid enī mali fecit? c. At illi magis clamabant: dicētes. s. Crucifigatur. c. Uidēs aūt pylat9 quia nichil ꝓficeret/ ſed magis tumultus fieret accepta aqua lauit manus corā populo dicens. s. Innocens ego ſum a ſanguine iuſti hui9: vos videritis c. Et reſpondens vniuerſus populus/ dixit. s. Sanguis ei9 ſup nos et ſuper filios noſtros. c. Tunc dimiſit illis barrabā/ ieſum autem flagellatū tradidit eis/ vt crucifigeretur. Tunc milites preſidis ſuſcipientes ieſum in pretorium/ cōgregauerūt ad eum vniuerſam co:

hoꝛtem. Et exuētes eū: clamidem coccineā circumdederunt ei. Et plectētes coronā de ſpinis poſuerunt ſuper caput ei⁹: et arundinē in dextera eius. Et genuflexo ante eum: illudebāt ei dicentes. s. Aue rex iu D deoꝝ. c. Et exſpuētes ī eū acceperūt arundinē: et ꝑcutiebāt caput eius. Et poſtq̄ illuſerūt ei exuerunt eū clamidē: et induerūt eum veſtimētis eius/ ⁊ duxerunt eum vt crucifigerēt. Exeuntes aūt inuenerunt hoīem cyreneum noīe ſymonē: hūc angariauerūt vt tolleret crucē ei⁹. Et venerūt in locū qui dicit̄ golgotha: qd̄ eſt caluarie locus. Et dederūt ei vinū bibere: cū felle mixtum. Et cū guſtaſſet noluit bibere. Poſt E q̄ aūt crucifixerūt eū: diuiſerūt veſtimēta ei⁹ ſoꝛtē mittētes: vt adimpleret̄ qd̄ dictū eſt per ꝓphetā dicentē. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſup veſtē meā miſerunt ſoꝛtē. Et ſedētes: ſeruabāt eū. Et impoſuerunt ſup caput eius: cauſam ipſi⁹ ſcriptā. Hic eſt ieſus rex iudeoꝝ. Tūc crucifixi ſunt cū eo duo latrones: vnus a dextris/ ⁊ vnus a ſiniſtris. Pꝛetereūtes aūt blaſphemabāt eū: mouentes capita ſua/ ⁊ dicentes. s. Vah qui deſtruis tēplū dei: ⁊ ī triduo illud reedificas. Salua temetipſum. Si filius dei es: deſcēde de cruce. c. Similiter ⁊ pꝛīcipes ſacerdotum illudētes eum cum ſcribis et ſenioꝛibus: dicebant. s. Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex iſrael eſt deſcēdat nūc de cruce: et credimus ei. Confidit in deo: liberet nunc eū ſi vult. Dixit enī qꝛ fili⁹ dei ſum. c. Idipſum aūt ⁊ latrones qui crucifixi erant cum eo: impꝛoperabāt ei. A ſexta aūt hoꝛa tenebꝛe facte ſunt ſup vniuerſā terrā: vſq; ad hoꝛā no F nā. Et circa hoꝛā nonā: clamauit ieſus voce magna dicens. ✠ Hely hely: lamazabathani. c. Hoc eſt Deus me⁹/ de⁹ meus: vt quid dereliquiſti me? c. Quidā autē illic ſtātes ⁊ audiētes: dicebāt. s. Helyam vocat iſte. c. Et ꝯtinuo currēs vn⁹ ex eis acceptā ſpongiā impleuit aceto: ⁊ impoſuit arūdini/ et dabat ei bibere. Ceteri v° dicebant. s. Sine: videamus an veniat helyas liberans eū. c. Ieſus aūt iterum clamās voce magna: emiſit ſpm̄. Hic inclinet ſe dyacon⁹ vel pꝛoſternat verſus oriētē ⁊ dicat priuatī. Pater nr̄. Aue maria. c. In manus tuas. Deinde ſurgat ⁊ poſtea reſiduum paſſionis legat. c. Et ecce velum tēpli ſciſſū ē ī duas partes: a ſummo vſq; deoꝛſum. Et terra mota eſt: et petre ſciſſe ſunt/ et monumēta aperta ſunt/ ⁊ multa coꝛpoꝛa ſanctoꝝ q̄ doꝛmierant ſurrexerūt. Et exeūtes de monumētis poſt reſurrectionē eius: venerunt in ſanctā ciuitatē/ ⁊ apparuerunt multis. Cēturio aūt ⁊ qui cum eo erāt cuſtodiētes ieſum: viſo terremotu ⁊ his que fiebāt: timuerūt valde dicētes. s. Vere filius dei erat iſte. c. Erāt aūt ibi mulieres multe a longe que ſecute erāt ieſū a galilea: miniſtrātes ei. Inter quas erat maria magdalene et maria iacobi ⁊ ioſeph mater: et mater filioꝝ zebedei. Cum autē ſe G ro factum eſſet: venit quidā homo diues ab arimathia noīe ioſeph q̄ et ipſe diſcipulus erat ieſu. Hic acceſſit ad pylatū: ⁊ petijt coꝛpus ieſu. Tūc pylatus iuſſit reddi coꝛp⁹. Et accepto coꝛpoꝛe ioſeph īuoluit illud in ſyndone mūda: ⁊ poſuit illud in monumēto ſuo nouo quod exciderat de petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumēti: ⁊ abijt. Erāt aūt ibi maria magdalene ⁊ altera maria: ſedentes cō tra ſepulchꝛū. Euāgelia vō in fine oīm paſſionū etiā ī die paraſceues alta voce legāt̃ moꝛe duplicis feſti Dīcs aūt paſſiōes ſ̃ dicto mō legāt̃ ſcđz vſū ſaꝝ ī die paraſceue nō dr̃ Dñs vo. ⁊ ſine titulo icipiat̃ euāg.

ALtera aūt die q̃ eſt poſt paraſceuē: cōuenerūt pꝛincipes ſacerdotū ⁊ phariſei ad pylatū dicentes. Dñe/recoꝛdati ſumus qꝛ ſeductoꝛ ille dixit adhuc viuēs: pꝰ tres dies reſurgā. Iube ergo cuſtodiri ſepulchꝛū: vſq; ī diē tertiū. Ne foꝛte veniāt diſcipli eiꝰ ⁊ furent̃ eū: ⁊ dicāt plebi/ſurrexit a moꝛtuis. Et erit nouiſſimꝰ erroꝛ: peioꝛ pꝛioꝛe. Ait illis pylatꝰ. Habetis cuſtodiā Ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi aūt abeūtes munierunt ſepulchꝛū. Signātes lapidē cū cuſtodibꝰ. Offr̃. Impꝛoperiū expectauit coꝛ meū ⁊ miſeriā ⁊ ſuſtinuit q̃ ſimul ꝯtriſtaret̃ ⁊ nō fuit/ꝯſolātē me q̃ſiui ⁊ nō inueni/⁊ dederūt ī eſcā meā fel: ⁊ ī ſiti mea potauerūt me aceto. Secr̃.

TIbi deꝰ pater oīps īmaculati agni paſchale offerimus olocauſtū: cuiꝰ nos ſanguine ab exterminatoꝛis vaſtatiōe ſaluatos/ad terrā q̃s tue repꝛomiſſiōis īducas. Per eū. Pꝛefa. quotid. Cōio. Pater ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibā illū: fiat voluntas tua. Poſtc̃.

mat 26.c.

FIdeles tuos q̃s dñe benignꝰ intēde: vt ſue redemptionis initia recolentes quoꝛum munere ſunt refecti/eoꝝ pꝛoficiant incremētis. Per. ¶ Feria.ij. Officium.

ps.34 IUdica dñe nocentes me/expugna īpugnātes me: appꝛehēde arma ⁊ ſcutū ⁊ exurge ī adiutoꝛiū meum dñe vtꝰ ſalutꝫ mee. ℣ Effūde frameā et ꝯclude aduerſꝰ eos q̃ pſequunt̃ me. Nō dr̃ vltꝰ. Oꝛemꝰ. Flecta. Oꝛ. eodē

DA q̃s oīps deus/vt qui in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui paſſione reſpiremus. Qui tecū. Lectio yſaie pꝛophete.

IN diebꝰ illis: Dixit yſayas. Dñs deus meꝰ aperuit michi aurē: ego aūt non ꝯtradico/retroꝛſū nō abij. Coꝛpꝰ meū dedi pcutiētibꝰ: ⁊ genas meas vellētibus. Faciē meā nō auerti ab increpātibus et ꝯſpuētibꝰ in me. Dñs deꝰ auxiliatoꝛ meꝰ: et ideo nō ſum ꝯfuſus ideo poſui faciē meā vt petrā duriſſimā: ⁊ ſcio qm̄ nō ꝯfūdar. Iuxta eſt q̃ iuſtificat me: q̃s ꝯtradicet michi? Stemꝰ ſimul. Quis eſt aduerſarius meus: accedat ad me? Ecce dñs deꝰ auxiliatoꝛ meus. Quis eſt qui cōdemnet me? Ecce oēs quaſi veſtimētum ꝯterēt̃: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deū audiēs vocem ſerui ſui? Quis ambulauit in tenebꝛis ⁊ nō eſt lumen ei? Speret in nōie dñi: ⁊ innitatur ſup dñm deū ſuū. Gr̃. Exurge dñe et intende iudicio meo deꝰ meus: ⁊ dñs meus in cauſam meā. ℣ Effunde frameam et conclude aduerſus eos qui me perſequunt̃. Tractus.

DOmine nō ſcđm pctā noſtra que fecimꝰ nos: neq; ſcđz iniquitates nr̃as retribuas nobis. ℣ Dñe ne memineris iniq̃tatū nr̃aꝝ antiquaꝝ cito anticipent nos miſericoꝛdie tue qꝛ pauperes facti ſumꝰ nimis. Hic non fiat genuflexio cū dicit̃ ℣ Adiuua nos deꝰ ſalutaris nr̄ et pꝛopter gloꝛiā nōis tui dñe libera nos et ꝓpicius eſto pctīs nr̄is pꝛopter nomē tuum. Secundū iohannem.

ANte ſex dies paſche venit ieſus bethaniam vbi fuerat lazarus moꝛtuꝰ: quem ſuſcitauit ieſus. Fecerūt autem ei cenam ibi et martha miniſtrabat. Lazarus ve-

co: erat vnus ex diſcũbẽtibꝰ cũ eo.
Maria ergo accepit librã vnguẽti
nardipiſtici precioſi: ⁊ vnxit pedes
ieſu/ ⁊ exterſit capillis ſuis pedes
eius/ ⁊ domus impleta eſt ex odore
vnguẽti. Dixit ergo vnus ex diſci-
pulis eius iudas ſcariothis: q̃ erat
eũ traditurus. Quare hoc vnguẽ-
tũ nõ venijt trecẽtis denarijs: ⁊ da
B. tum eſt egenis? Dixit aũt hoc non
quia de egenis pertinebat ad eum:
ſed quia fur erat ⁊ loculos habens
ea q̃ mittebantur portabat. Dixit
ergo ieſus. Sinite illã: vt in diem
ſepulture mee ſeruet illud. Paupe
res enĩ ſemper habetis vobiſcum/
me autem non ſemper habebitis.

Cognouit ergo turba multa ex iu-
deis quia illic eſſet: ⁊ venerunt nõ
propter ieſum tantũ/ ſed vt lazarũ
viderent quẽ ſuſcitauit a mortuis
Cogitauerunt aũt principes ſacer
dotũ vt et lazarũ interficerent: ꝗ
multi propter illum abibant ex iu
deis ⁊ credebãt in ieſum. In craſti
num aũt turba multa que venerat
ad diẽ feſtũ/ cuꝫ audiſſent ꝗ venit
ieſus hieroſolymã: acceperunt ra-
mos palmaꝝ et proceſſerunt obui-
am ei/ ⁊ clamabant. Oſanna: bñdi
ctus q̃ venit ĩ nomine dñi/ rex iſrl̃.
Et inuenit ieſus aſellum: ⁊ ſedit ſu-
per eũ ſicut ſcriptũ eſt. Noli time-
re filia ſyon: ecce rex tuꝰ venit tibi
manſuetꝰ/ ſedẽs ſuꝑ pullum aſine
Hec non cognouerũt diſcipuli eiꝰ
primum: ſed quando glorificatꝰ eſt
ieſus / tunc recordati ſũt quia hec
erãt ſcripta de eo ⁊ hec fecerunt ei.
C. Teſtimonium ergo ꝑhibebat tur-
ba q̃ erat cũ eo/ quando lazarũ vo-
cauit de monumento: ⁊ ſuſcitauit
eũ a mortuis. Propterea ⁊ obuiã ve-
nit ei turba: quia audierãt eũ feciſ
ſe hoc ſignum. Phariſei ergo dixe-
runt ad ſemetipſos. Videtis: ꝗ ni
chil ꝓficimꝰ. Ecce mundus totus
poſt eum abijt. Erãt aũt quidã gẽ-
tiles ex his qui aſcenderãt: vt ado
rarent in die feſto. Hi ergo acceſſe
runt ad philippum qui erat a beth
ſaida galilee: et rogabãt eum dicẽ
tes. Dñe: volumꝰ ieſum videre. Ve
nit philippꝰ: et dixit ãdree. Andre-
as rurſum ⁊ philippꝰ dixerũt ieſu.
Ieſus aũt reſpondit eis dicẽs. Ve
nit hora: vt clarificetur filiꝰ hoĩs.
Amẽ amẽ dico vobꝫ: niſi granũ fru D.
mẽti cadẽs ĩ terrã mortuũ fuerit/
ipſũ ſolũ mãet. Si aũt mortuũ fue
rit: multũ fructũ affert. Qui amat
aĩam ſuã ꝑdet eã. Et qui odit aĩam
ſuã ĩ hoc mũdo: ĩ vitã eternã cuſto
dit eã. Si q̃s mihi miniſtrat: me ſe
quat̃. Et vbi ſum ego: illic ⁊ mini-
ſter meus erit. Si quis michi mini
ſtrauerit: honorificabit eum pater
meus. Nũc aĩa mea turbata ẽ. Et
q̃d dicã? Pat̃/ ſaluifica me: ex hac
hora. Sed ꝓpterea veni ĩ horã hãc
Pater: clarifica nomẽ tuũ. Venit
ergo vox de celo: dicẽs. Et clarifi-
caui: ⁊ iterꝫ clarificabo. Turba ãt E
q̃ ſtabat et audierat: dicebat toni-
truũ factũ eẽ. Alij aũt dicebãt: ãge
lus ei locutꝰ ẽ. Rñdit ieſꝰ: et dixit.
Nõ ꝓpter me hec vox venit: ſed ꝓ-
pter vos. Nũc iudiciũ ẽ mũdi nũc
princeps huiꝰ mũdi/ eijciet̃ foras.
Et ego ſi exaltatus fuero a terra:
oĩa trahã ad meipſũ. Hoc aũt dice
bat: ſignificãs qua morte eſſet mo
riturꝰ. Rñdit ei turba. Nos audi-
uimus ex lege: ꝗ xp̃s manet ĩ eter-
nũ. Et quõ tu dicis: oportet exalta
ri filiũ hoĩs? Quis eſt iſte filiꝰ ho-
minis? Dixit ergo eis ieſꝰ. Adhuc
modicũ lumẽ: ĩ vobis eſt. Ambula
te dũ lucem habetis: vt nõ tenebre
vos ꝯprehẽdãt. Et q̃ ãbulat ĩ tene-
bris: neſcit quo vadat. Dum luceꝫ F.
habetis credite ĩ lucem: vt filij lu-

eis ſitꝫ. Hec locutꝰ eſt ieſꝰ ⁊ abijt ⁊
Ps. abſcōdit ſe ab eis. Offer. Eripe me
142. de inimicis meis dn̄e: ad te cōfugi
doce me facere volūtatē tuā qꝛ deꝰ
eodē meus es tu. v. Exaudi me ī tua iu:
ſticia/ ⁊ ne ītres in iudicium cum
ſeruo tuo domine. Secreta.

Ipſa maieſtati tue domīe fide
les populos ꝯmēdet oblatio
que per filiū tuū dn̄m noſtrū ieſuꝫ
xp̄m recōciliauit inimicos. Qui te.
Ps. 34 Cōio. Erubeſcāt ⁊ reuereantur ſil̄
q̄ gratulant̄ malis meis: induant̄
pudore ⁊ reuerentia: qui maligna
loquuntur aduerſum me. Poſtcō.

Satiati munere ſalutari tuā
dn̄e mīam dep̄camur: vt hoc
eodē ſacramēto quo nos tempora:
liter vegetas: efficias vite eterne
participes. Per. Super populum.
Oreꝰ. Hūiliate capita vr̄a deo. Or.

Adiuua nos deꝰ ſalutaris nr̄
et ad bn̄ficia recolēda quibꝰ
nos inſtaurare dignatꝰ es/ tribue
venire gaudētes. P. ¶ Fe. iiij. Offīm.

Gal. 6. D Nos aūt gl̄iari oportet
in cruce dn̄i nr̄i ieſu
xp̄i ī quo ē ſalꝰ vita ⁊
reſurrectio nr̄a ꝑ quē
ſaluati ⁊ liberati ſu:
Ps. 66 mꝰ. Ps. Deꝰ miſereat̄ nr̄i ⁊ bn̄dicat
nobis: illumīet vultū ſuū ſup nos ⁊
miſereat̄ nr̄i. Oreꝰ. Flectamꝰ. Or.

Oīps ſempiterne deus da no
bis ita dn̄ice paſſionis ſacra:
menta peragere: vt indulgentiam
percipere mereamur. Per eundem
dn̄m. ¶ Lectio hieremie prophete

c. 11. D In dieb9 illis: Dixit hieremi
as. Dn̄e demōſtraſti michi ⁊
ego cognoui: tu oſtēdiſti michi ſtu
dia eoꝝ. Et ego quaſi agnꝰ māſue
tus qui portat̄ ad victimā: et nō co
gnoui qꝛ cogitauerūt ſup me ꝯſilia
dicētes. Mittamꝰ lignū ī panē eiꝰ
et eradamus eū de terra viuentiū:
et nomē eiꝰ non memoret̄ ampliꝰ.
Tu aūt dn̄e ſabaoth q̄ iudicas iu:
ſte/ ⁊ ꝓbas renes et corda: videam
q̄ſo vltionē tuā ex eis. Tibi enī re:
uelaui cauſam meā: dn̄e deꝰ meus.
Ps. 34 Gr. Ego aūt dū michi moleſti eſ:
ſent induebā me cilicio/ ⁊ humilia
bā in ieiunio animā meā/ ⁊ oratio
eodē mea in ſinu meo ꝯuertetur. v. Iu:
dica dn̄e nocētes me/ expugna im:
pugnātes me/ apprehēde arma et
ſcutū et exurge in adiutoriū michi
Sequat̄ paſſio cū Dn̄s vo. Paſſio
dn̄i noſtri ieſu xp̄i: ſcd̄m Marcum
Non dicatur. Gloria tibi domīe.

c. 14. A In illo tp̄e: Erat paſcha ⁊ azi
ma poſt biduū. Et q̄rebāt ſū:
mi ſacerdotes et ſcribe: quomodo
ieſum dolo tenerēt et occiderent.
Dicebant autē. s. Non in die feſto
c. Ne forte tumultꝰ fieret in popu
lo. Et cū eſſet ieſꝰ bethanie ī domo
ſymonis leproſi ⁊ recumberet: ve:
nit mulier habēs alabaſtrū vnguē
ti nardi ſpicati ꝑcioſi/ ⁊ fracto ala
baſtro effudit ſup caput eiꝰ. Erāt
aūt quidā indigne ferētes intra ſe
metipſos: et dicentes. s. Ut quid ꝑ
ditio iſta vnguēti facta eſt? Pote:
rat enim vnguētum iſtud venūda
ri pluſq̄ trecētis denarijs: et dari
pauperibus. c. Et fremebant in eā.
Ieſꝰ aūt dixit. ✠ Sinite eā. Quid
illi moleſti eſtis? Bonum opꝰ ope:
rata eſt in me. Semꝑ enī pauperes
habetis vobiſcum: et cum volueri
tis poteſtis illis bn̄facere: me autē
non ſemꝑ habebitis. Quod habu:
it hec fecit: preuenit vngere corpꝰ
meū in ſepulturam. Amē dico vo:
bis: vbicūqꝫ predicatū fuerit euan
gelium iſtud in vniuerſo mūdo: et
quod fecit hec narrabitur ī memo
riam eius. c. Et iudas ſcariothis
vnus de duodeci abijt ad ſūmos ſa
cerdotes: vt proderet eū illis. Qui

audiētes gauiſi ſunt: ⁊ pꝛomiſerūt
B ei pecuniā ſe daturos Et querebat
quō illū oppoꝛtune traderet. Et pꝛi
mo die azimoꝝ quādo paſcha imo⸗
labāt dicunt ei diſcipli. s. Quo vis
eamus: ⁊ paremus tibi vt mandu⸗
ces paſca. c. Et miſit duos ex diſci⸗
pulis ſuis: ⁊ dixit eis. ✠ Ite ī ciui⸗
tatē: ⁊ occurret vobis homo lage⸗
nam aque baiulās. Sequimini eū.
Et quocunqꝫ introierit: dicite dn̄o
domꝰ/ qꝛ magiſter dicit. Ubi eſt re
fectio mea: vbi paſcha cū diſcipu⸗
lis meis māducē? Et ipſe vobis de
monſtrabit cenaculū grande ſtra⸗
tū: ⁊ illic parate nobis. c. Et abie⸗
runt diſcipuli eiꝰ ⁊ venerunt in ci
uitatē: ⁊ inuenerūt ſicut dixerat il⸗
lis ⁊ parauerūt paſcha. Ueſpe aūt
facto: venit cū duodecim. Et diſcū
bētibus eis ⁊ māducātibus: ait ie⸗
ſus. ✠. Amē dico vobis: qꝛ vnus ex
vobis me tradet q̄ manducat mecū
c. At illi ceperūt cōtriſtari: ⁊ dicere
ei ſingulatī. s. Nunqd ego? c. Qui
ait illis. ✠. Unus ex duodecim: q̄ ī
C tingit mecū manum ī cathino. Et
filiꝰ quidē homīs vadit: ſicut ſcri⸗
ptum eſt de eo. Ue aūt homini illi:
per quē filiꝰ hoīs tradetur. Bonū
erat ei: ſi nō eſſet natꝰ hō ille. c. Et
māducātibꝰ illis: accepit ieſus pa⸗
nē/ ⁊ bn̄dicēs fregit ⁊ dedit eis/ ⁊
ait. ✠ Sumite: hoc eſt coꝛpꝰ meū.
c. Et accepto calice: grās agens de
dit eis. Et biberūt ex illo oēs. Et ait
illis. ✠ Hic ē ſāguis meꝰ noui teſta
menti: qui pꝛo multis effundetur.
Amē dico vobis: qꝛ iā nō bibā de ge
nimine vitis/ vſqꝫ ī diē illum cū il⸗
lud bibam nouum in regno dei. c.
Et hymno dicto: exierūt in montē
oliuarum. Et ait eis ieſꝰ. ✠ Omēs
vos ſcādalizabimini in me ī nocte
iſta: qꝛ ſcriptum eſt. Percutiam pa
ſtoꝛē ⁊ diſpergētur oues. Sed poſtq̄
reſurrexero: pꝛecedā vos in galile⸗
am. c. Petrꝰ aūt ait illi. s. Et ſi oēs
ſcādalizati fuerīt: ſed nō ego. c. Et
ait illi ieſꝰ. ✠ Amē dico tibi: qꝛ tu
hodie ī nocte hac pꝛiuſq̄ gallꝰ bis
vocē dederit/ ter me es negaturus
c. At ille amplius loq̄bat. s. Et ſi o⸗
poꝛtuerit me ſimul cōmoꝛi tibi: nō
te negabo. c. Similiter autē: ⁊ oēs
D dicebāt. Et veniūt ī pꝛediū cui no⸗
mē gethſemani: ⁊ ait diſcipulis ſu⸗
is. ✠ Sedete hic: donec oꝛē. c. Et aſ
ſumit petrū ⁊ iacobū ⁊ iohānē ſecū
et cepit pauere ⁊ tedere/ ⁊ ait illis
✠ Triſtis eſt aīa mea: vſqꝫ ad moꝛ⸗
tē. Suſtinete hic: et vigilate. c. Et
cū pꝛoceſſiſſet paululum: ꝓcidit ſu
per terrā ⁊ oꝛabat ſi fieri poſſet trā
ſiret ab eo hoꝛa: ⁊ dixit. ✠ Abba pr̄
oīa tibi poſſibilia ſunt: transfer ca
licē hūc a me. Sed nō quod ego vo
lo: ſed quod tu. c. Et venit: ⁊ inue⸗
nit eos doꝛmiētes. Et ait petro. ✠
Symon doꝛmis? Nō potuiſti vna
hoꝛa vigilare mecū? Uigilate ⁊ o⸗
rate: vt nō intretis in tentationē.
Spūs qdē pꝛōptus eſt: caro aūt in
firma. c. Et iterū abiēs: oꝛauit eūdē
ſermonē dicēs. Et reuerſus denuo
inuenit eos doꝛmientes. Erāt enī
oculi eoꝝ grauati: et ignoꝛabāt q̄d
E rn̄derēt ei. Et venit tertio: ⁊ ait il
lis. ✠ Doꝛmite iam: et requieſcite
Sufficit. Uenit hoꝛa. Ecce tradet̄
filiꝰ hoīs in manꝰ pctōꝝ. Surgite
eamus: ecce qui me tradet ꝓpe eſt.
c. Et adhuc eo loquente: venit iu⸗
das ſcarioth vnꝰ ex duodecim ⁊ cū
eo turba multa cū gladijs ⁊ lignis
miſſi a ſūmis ſacerdotibꝰ ⁊ ſenio⸗
ribus ⁊ ſcribis. Dederat aūt tradi
toꝛ eis ſignū: dicens. s. Quēcunqꝫ
oſculatus fuero: ipſe eſt tenete eū/
⁊ ducite caute. c. Et cū veniſſet: ſta
tim accedēs ad eum/ ait. s. Rabbi.
c. Et oſculatꝰ eſt eū. At illi manus

iniecerunt in ieſum: ⁊ tenuerūt eū.
Unus autē de circunſtātibus edu
cēs gladiū percuſſit ſeruū ſūmi ſa:
cerdotis: ⁊ amputauit illi auricu:
lā. Et rñdēs ieſus ait illis. ✝ Tan
ꝙ ad latronē exiſtis: cum gladijs ⁊
lignis cōprehendere me. Quotidie
erā apud vos in tēplo docēs: ⁊ non
me tenuiſtis. Sꝫ vt īpleantur ſcri:
pture. c. Tunc diſcipuli eius relin
quētes eū: oēs fugerūt. Adoleſcēs
aūt quidā ſeqͣbatur eū amictꝰ ſyn:
F done ſup nudo: ⁊ tenuerunt eū. At
ille reiecta ſyndone: nudus pfugit
ab eis. Et adduxerunt ieſū ad ſum
mū ſacerdotē: ⁊ cōuenerunt oēs ſa
cerdotes ⁊ ſcribe ⁊ ſeniores. Petrꝰ
aūt a lōge ſecutꝰ eſt eū: vſqꝫ intro
in atriū ſummi ſacerdotis. Et ſede
bat cū miniſtris: et calefaciebat ſe
ad ignē. Summi vero ſacerdotes
et oē cōſiliū qrebāt aduerſus ieſuꝫ
teſtimonium vt eū morti traderēt
nec inueniebant. Multi enī falſuꝫ
teſtimonium dicebāt aduerſus eū:
et cōuenientia teſtimonia nō erant
Et quidā ſurgētes falſum teſtimo
nium ferebant aduerſus eū: dicen
tes. s. Qm̄ nos audiuimꝰ eū: dicē:
tem. Ego diſſoluā tēplū hoc manu
factū: ⁊ poſt triduū aliud non ma
nufactū reedificabo. c. Et nō erat
cōueniēs: teſtioniū illoꝝ. Et exur:
gēs ſummus ſacerdos in mediū in
terrogauit ieſum dicens. s. Nō rñ
des quicꝙ̄: ad ea q̄ tibi obijciuntur
ab his. c. Ille autem tacebat: ⁊ ni
chil rñdit. Rurſum ſummus ſacer
dos īterrogabat eum: et dixit ei. s.
Tu es xp̄s filiꝰ dei bñdicti. c. Ieſꝰ
aūt dixit illi. ✝ Ego ſum. Et vide:
bitis filium hoīs ſedentē a dextris
virtutis dei: et venientem cum nu
bibus celi. c. Sūmus aūt ſacerdos
G ſcindēs veſtimēta ſua: ait. s. Quid
adhuc deſideramꝰ teſtes? Audiſtis
blaſphemiā. Quid vobis videtur?
c. Qui oēs cōdēnauerunt eum: reū
eſſe mortis. Et ceperunt quidā con
ſpuere in eū: et velare faciē eius/ ⁊
colaphis eum cedere/ et dicere ei. s.
Prophetiza. c. Et miniſtri alapis:
eum cedebant. Et cū eſſet petrus ī
atrio ſeorſum: venit vna ex ācillis
ſūmi ſacerdotis. Et cū vidiſſet pe:
trū calefaciētē ſe aſpiciēs illū ait.
s. Et tu cum ieſu nazareno eras. c.
At ille negauit dicens. s. Neqꝫ ſcio
neqꝫ noui q̄d dicas. c. Et exijt foras
ante atriū: ⁊ gallꝰ cātauit. Rurſū
aūt cū vidiſſet illū alia ancilla: ce:
pit dicere circūſtātibus: q2 hic ex il
lis eſt. At ille iterꝫ negauit. Et poſt
puſillū rurſus qui aſtabāt: dicebāt
petro. s. Vere ex illis es: nā et gali
leus es. c. Ille aūt cepit anathema
tizare ⁊ iurare: q2 neſcio hoīeꝫ iſtū
quē dicitis. Et ſtatī iterū gallꝰ cā:
tauit. Et recordatꝰ eſt petrꝰ verbi
quod dixerat ei ieſus: priuſꝙ̄ gallꝰ
cātet bis/ ter me negabis. Et cepit
flere Et ꝯfeſtī mane ꝯſiliū faciētes
ſūmi ſacerdotes cū ſenioribꝰ ⁊ ſcri
bis ⁊ vniuerſo ꝯſilio: vīciētes ieſū
duxerūt: et tradiderūt pylato. Et
interrogauit eū pylatus. s. Tu es
rex iudeoꝝ. c. At ille reſpondēs: ait
illi. ✝ Tu dicis. c. Et accuſabāt eū
ſūmi ſacerdotes: ī multis. Pylatꝰ
aūt rurſum īterrogauit eū dicens.
s. Nō reſpōdes quicꝙ̄? Vide ī quā
tis te accuſāt. c. Ieſus aūt āplꝰ ni
chil rñdit: ita vt miraretur pylatꝰ
Per diē aūt feſtū dimittere ſolebat
illis vnū ex victis: quēcūqꝫ petiſſēt
Erat aūt qui dicebat barrabas/ q̄
cū ſeditioſis erat vinctꝰ: q̄ ī ſeditio
ne fecerat homicidiū Et cū aſcēdiſ
ſet turba: cepit rogare ſicut ſp̄ fa:
ciebat illis. Pylatus aūt reſpōdit
eis: ⁊ dixit. s. Vultis dimittam vo
bis regē iudeoꝝ. c. Sciebat enī q̄

per inuidiā tradidiſſent eū ſummi ſacerdotes. Pōtifices aūt ꝯcitauerūt turbā: vt magꝭ barrabā dimitteret eis. Pylatꝰ aūt iterū reſpōdēs ait illis. ſ. Quid ergo vultis faciā regi iudeoꝝ? c. At illi iterū clamauerūt. ſ. Crucifige eum. c. Pylatꝰ vero dicebat eis. ✝. Quid eni mali fecit? c. At illi magꝭ clamabāt. ſ. Cru- B cifige eum. c. Pylatꝰ aūt volēs populo ſatiſfacere dimiſit illis barrabā: et tradidit eis ieſū flagellis ceſum vt crucifigeretur. Milites autē duxerunt eū intro ī atriū ꝑtorij et ꝯuocāt totā cohortē et īduūt eū purpura. Et īponūt ei plectētes ſpineā coronā: ⁊ ceperūt ſalutare euz dicētes. ſ. Aue rex iudeoꝝ. c. Et ꝑcutiebāt caput eius arūdine: ⁊ cōſpuebāt eū/ et ponētes genua adorabāt eum. Et poſtq̄ illuſerūt ei/ exuerunt illū purpura: ⁊ induerūt eum veſtimētis ſuis/ et educūt illū vt crucifigerent eū. Et angariauerunt pretereūtem quēpiā ſymonē cyreneū venientē de villa: patrē alexandri ⁊ ruffi/ vt tolleret crucē eiꝰ. Et perducunt illum ī golgatha locum: quod eſt īterpretatum caluarie locꝰ. Et dabāt ei bibere myrra- C tum vinum: ⁊ nō accepit. Et crucifigētes eum diuiſerunt veſtimenta eius: mittētes ſortē ſuper eis q̄s quid tolleret. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eū. Et erat titulus cauſe eiꝰ inſcriptꝰ: rex iudeorū. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnū a dextris/ ⁊ aliū a ſiniſtris eiꝰ. Et adīpleta eſt ſcriptura, que dicit. Et cū iniq̄s reputatꝰ eſt Et ꝑtereūtes blaſphemabāt eum: mouētes capita ſua / et dicētes. ſ. Vah qui deſtruis templū dei: et in tribus diebus reedificas Saluum fac temetipſum deſcēdēs de cruce. c. Similiter ⁊ ſummi ſacerdotes illudentes ad alterutrū cum ſcribis dicebāt. ſ. Alios ſaluos fecit: ſeipſū non poteſt ſaluum facere. Xp̄s rex iſrl' deſcēdat nūc de cruce: vt videamus ⁊ credamꝰ. c. Et qui cū eo crucifixi erāt ꝯuiciabant ei. Et facta hora ſexta: tenebre facte ſūt ꝑ totā terrā/ vſq; ī horam nonā. Et hora nona exclamauit ieſꝰ voce magna dicens. ✝. Heloy heloy: lamazabathani? c. Qđ eſt interꝑtatū. ✝. Deus meꝰ/ deꝰ meꝰ: vt quid dereliquiſti me? c. Et quidā de circunſtātibꝰ audiētes: dicebāt. ſ. Ecce helyā vocat. c. Currēs aūt vnus ⁊ iplēs ſpōgiā aceto: circūponensq; calamo/ potum dabat ei dicēs. ſ. Sine vibe- D amus ſi veniat helyas ad deponēdum eum. c. Jeſus aūt emiſſa voce magna expirauit. Hic fiat genuflexio dicendo. Pr̄ nr̄. Aue maria. In manus. c. Et velū templi ſciſſū eſt in duo a ſummo vſq; deorſū. Vidēs aūt centurio qui ex aduerſo ſtabat qꝛ ſic clamans expiraſſet: ait. ſ. Vere hō hic: filiꝰ dei erat. c. Erāt aūt et mulieres de lōge aſpiciētes: inter quas erat maria magdalene/ ⁊ maria iacobi minoris ⁊ ioſeph mater et ſalome. Et cum eſſet ī galilea ſequebantur eum ⁊ miniſtrabant ei et alie multe que ſimul cū eo aſcenderant hieroſolimam. Euangeliū

Et cū iā ſero factū eēt qꝛ erat paraſceue: qđ eſt añ ſabbatū venit ioſeph ab arimathia nobilis decurio q̄ ⁊ ipē erat expectās regnū dei. Et audacter introiuit ad pylatū ⁊ petijt corpꝰ ieſu. Pylatꝰ aūt mirabatur: ſi iā obijſſet. Et accerſito cēturione interrogauit eū ſi iā mortuꝰ eſſet. Et cū cognouiſſet a cēturione: dōauit corpꝰ ioſeph Joſeph aūt mercatꝰ ſyndonē/ ⁊ deponens eū inuoluit ſyndone: ⁊ poſuit eū ī monumēto qđ erat exciſum de petra. Et advolvit lapidẽ: ad hoſtiũ monumẽti. Offer.

pſ. 139. Cuſtodi me dñe de manu pctõris/ ⁊ ab hominib⁹ iniquis eripe me dñe. eodẽ ℣. Qui cogitaverũt ſupplantare greſſus meos: abſcõderũt ſupbi laqueũ michi. Secr.

Dicate tibi plebis dñe q̄s oblatione ſctifica: vt a terrene vetuſtatis ↄverſatiõe mũdati/ celeſtis vite pfectib⁹ innovemur. P. Cõ.

pſ. 68 Adverſum me exercebãt q̄ ſedebãt in porta: ⁊ in me pſallebãt q̄ bibebant vinũ/ ego vero orationẽ meã ad te dñe tempus beneplaciti tui deus in multitudie mie tue. Poſtcõ.

Repleti dñe ſacri munerũ gratia ſupplices exoram⁹ vt que guſtu corporeo dulci veneratiõe cõtigimus: dulciora mẽtibus ſentiamus Per do. Sup populũ. Orem⁹ Humiliate capita veſtra deo. Orõ.

Tua nos mia de⁹/ ⁊ ab omni ſurreptiõe vetuſtatis expurget: et capaces ſancte novitatis efficiat. Per do. ¶ Feria. iiij. Offiũ.

phil. 2. B In nomie dñi oẽ genu flectatẽ celeſtiũ/ terreſtrium ⁊ infernorũ: qr dñs fact⁹ eſt obediẽs vſq; ad mortẽ/ mortẽ autem crucis: ideo dominus ieſus xp̃s in glia eſt dei patris. pſ. 101 Pſ. Dñe exaudi orationem meam: ⁊ clamor me⁹ ad te veniat. Seq̃tur or. ſine Dñs vobiſcũ ſed tm̃ cũ Oremus. et Flectamus genua. Levate. Or.

Preſta q̄s oĩps deus/ vt q̄ noſtris exceſſib⁹ inceſſanter affligimur: p vnigeniti tui paſſionẽ liberemur. Qui tecũ. Le. yſaie pphẽ.

c. 63. A Hec dicit dñs deus: Dicite filie ſyon: ecce ſalvator tu⁹ venit. Ecce merces ei⁹ cũ eo: ⁊ opus illi⁹ corã illo. Quis eſt iſte q̄ venit de edon: tinctis veſtibus de boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua: gradiens in multitudine fortitudinis ſue. Ego q̄ loquor iuſticiã: et ppugnator ſũ ad ſalvãdũ. Quare ergo rubrũ eſt indumẽtũ tuũ: ⁊ veſtimẽta tua ſicut calcãtiũ in torculari? Torcular calcavi ſol⁹: et de gentibus nõ eſt vir mecũ. Calcavi eos i furore meo: et conculcavi eos i ira mea B Et aſperſus eſt ſanguis eorũ ſup veſtimẽta mea: ⁊ oĩa idumẽta mea inq̄navi. Dies enĩ vltiõis in corde meo: ann⁹ retributiõis mee venit. Circũſpexi: ⁊ nõ erat auxiliator: q̄ſivi ⁊ nõ fuit q̄ adiuvaret. Et ſalvavit michi brachiũ meũ: et indignatio mea ipſa auxiliata eſt michi Et cõculcavi pplos i furore meo: et inebriavi eos i indignatiõe mea/ ⁊ detraxi in terrã virtutẽ eorũ. Miſerationũ dñi recordabor. Laudem dñi annũciabo ſup oĩb⁹ q̄ reddidit nobis: dñs deus nr̃. Gr. Ne avertas faciẽ tuã a puero tuo qm̃ tribulor: velociter exaudi me. ℣. Salvũ me fac de⁹ qm̃ intraverũt aq̄ vſq; ad animã meã infix⁹ ſum i limo pfundi: ⁊ nõ eſt ſubſtantia. Sequat Dñs vobiſcum. Orem⁹. Flectam⁹. Orõ.

Deus qui p nobis filiũ tuum crucis patibulum ſubire voluiſti vt inimici a nobis expelleres poteſtatem: cõcede nobis famulis tuis vt reſurrectionis eius gratiã cõſequamur. Per eũd. Sic dicit in more ↄſuete. Lectio yſaye pphete.

In dieb⁹ illis: Dixit yſayas. Dñe/ q̄s credidit auditui noſtro: et brachiũ dñi cui revelatum eſt? Et aſcẽdet ſicut virgultũ corã eo: ⁊ ſicut radix de terra ſitiẽti/ et non eſt ſpecies ei neq; decor. Et vidimus eum ⁊ non erat aſpectus: ⁊ deſideravim⁹ eũ deſpectũ et noviſſimũ virorũ virũ dolorũ ⁊ ſciẽtẽ infirmitatẽ. Et quaſi abſcõdit⁹ vultus eius ⁊ deſpect⁹: vnde nec repu-

B tauim⁹ eū. Vere lāguores noſtros ipſe tulit: ⁊ dolores nr̄os ipſe portauit. Et nos putauim⁹ eū quaſi leproſū: ⁊ pcuſſū a deo et humiliatū. Ipſe aūt vulneratus eſt ꝑpter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis nr̄e ſup eū: ⁊ liuore ei⁹ ſanati ſumus. Oēs nos quaſi oues errauimus: vnuſquiſqȝ ī viā ſuā declinauit et dn̄s poſuit ī eo iniq̄tatē oīm nr̄m. Oblat⁹ eſt qr ipſe voluit: ⁊ nō aperuit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionē ducetur: ⁊ quaſi agn⁹ corā tondente ſe obmuteſcet/ ⁊ non aperiet os ſuū. De anguſtia ⁊ de iudicio: ſublat⁹ eſt. Generationē eius quis enarrabit? Qr abſciſus eſt de terra viuētiū. Propť ſcel⁹ ꝑpli mei percuſſi eū: ⁊ dabit impios ꝓ ſepultura/ ⁊ diuitē pro morte ſua/ eo ꝙ iniq̄tatē nō fecerit neqȝ dol⁹ fuerit ī ore eius. Et dn̄s voluit cōterere eū in infirmitate. Si poſuerit pro peccato aīam ſuā videbit ſemē lōgeuū et voluntas dn̄i in manu eius diriget/ pro eo ꝙ tradidit ī mortē aīaȝ ſuā/ et cum ſceleratis reputat⁹ eſt. Et ipſe pctā multorū tulit. Et pro trāſgreſſoribus rogauit vt non perirent. Dicit domin⁹: omnipotēs.

¶ Chor⁹ alternatī dicat tractū ita ꝙ dū v⁹. canitur chorus ex illa pte ſtare tenet alia pte chori interim ſedēte: ⁊ ſic ꝓcātetur tot⁹ tx. a choro q̄ncūqȝ dicit tx a choro in ſtallis a ſeptuageſima vſqȝ ad paſcha. Tx.

Domine exaudi orōnē meā: ⁊ clamor me⁹ ad te veniat. v⁹. Ne auertas faciē tuā a me: in quacūqȝ die tribulor/ īclina ad me aurē tuā. v. In quacūqȝ die inuocauero te: velociť exaudi me. v. Qr defecerūt ſicut fum⁹ dies mei ⁊ oſſa mea ſicut ī frixorio ↄfrixa ſunt. v. Percuſſ⁹ ſū ſicut fenū ⁊ aruit cor meū: qr oblit⁹ ſū mādūcare panē meū. v. Tu exurgēs dn̄e miſereberis ſyon: qr venit tp̄s miſerēdi ei⁹. Sequať paſſio cū Dn̄s vobiſcū. ¶ Paſſio domini nr̄i Ieſu xp̄i ſcd̄m Lucam.

IN illo tp̄e: c Appropiquabat aūt dies feſt⁹ azimorū: q̄ dicit paſcha. c.22. A
Et q̄rebāt ꝓncipes ſacerdotū ⁊ ſcribe: quō ieſū īterficerēt. Timebāt vero plebē. Intrauit aūt ſathanas ī iudā q̄ cognominabať ſcarioth vnū de duodecim: ⁊ abijt ⁊ locut⁹ eſt cū pricipib⁹ ſacerdotum ⁊ magiſtratib⁹ quēadmodū illū traderet eis. Et gauiſi ſūt et pacti ſūt pecuniā illi dare. Et ſpopōdit. Et q̄rebat oportunitatē vt traderet illū ſine turbis. Venit aūt dies azimorū: in qua neceſſe erat occidi paſcha. Et miſit petrū ⁊ iohēm: dicēs ✠ Euntes parate nobis paſcha vt manducemus. c. At illi dixerunt. s Ubi vis parem⁹? c Et dixit ad eos ✠ Et ecce itroeūtibus vobis ī ciuitatē occurret vobȝ hō q̄dā āphorā aque portās: ſeq̄mini eū ī domū in quā itrat ⁊ dicetȝ patrifamilias domus. Dicit tibi magiſter. Ubi eſt B
diuerſoriū vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe vobis oſtēdet cenaculū magnū ſtratū et ibi parate. c Eūtes aūt inuenerūt ſicut dixit illis: et parauerunt paſcha. Et cum facta eſſet hora diſcubuit: ⁊ duodecī apoſtoli cū eo. Et ait ill'. ✠ Deſiderio deſideraui hoc paſcha mādūcare vobiſcum: āteꝙ patiar. Dico enim vobis: qr ex hoc nō mādūcabo illō donec impleať ī regno dei. c Et accepto calice: gratias egit ⁊ dixit. ✠ Accipite et diuidite īter vos. Dico enim vobis: ꝙ nō bibā de generatione vitiȝ/ donec regnū dei veniat. c Et accepto pane/ gratias egit et fregit: et dedit eis dicēs. ✠ Hoc eſt corpus meum

quod ꝓ vobꝫ dat᷑. Hoc facite ĩ meã
ꝯmẽoratiõẽ c. Similiť ⁊ calicem
C. poſtꝙ̃ cenauit dicẽs. ✠ Hic ẽ calix
noui teſtamẽti in ſanguĩe meo: q̃ ꝓ
vobis effundet᷑. Verũtñ ecce man⁹
tradẽtis me: mecũ eſt ĩ mẽſa. Et q̃=
dẽ fili⁹ hoĩs ſcd̃m qđ definitũ ẽ: va
dit. Verũtñ ve hoĩ illi: ꝑ quẽ tradet᷑
c. Et ipſi ceperũt q̃rere īter ſe: q̃s eſ
ſet ex eis q̃ hoc factur⁹ eſſet. Facta
eſt aũt ⁊ ꝯtẽtio īter eos: q̃s eoꝝ vi=
deret᷑ eẽ maioꝛ. Dixit aũt eis ✠ Re
ges gentiũ dñant᷑ eoꝝ: ⁊ q̃ poteſta
tẽ habẽt ſuper eos/ bñfici vocãtur
Vos aũt nõ ſic. Sꝫ qui maioꝛ eſt ĩ
vobꝫ/ fiat ſicut minoꝛ Et q̃ p̃ceſſoꝛ
eſt: ſicut miniſtratoꝛ Nã q̃s maioꝛ
eſt: q̃ recũbit/ an q̃ miniſtrat? Nõ
ne q̃ recũbit? Ego aũt ĩ medio vr̃m
ſum: ſicut q̃ miniſtrat Vos aũt eſtꝫ
qui ꝑmãſiſtis mecum ĩ tẽtatiõib⁹
meis. Et ego diſpono vobꝫ ſicut di
ſpoſuit michi pater me⁹ regnũ/ vt
edatis ⁊ bibatis ſuꝑ mẽſam meã in
regno meo: et ſedeatꝫ ſuꝑ thꝛonos
duodecim iudicãtes duodecĩ trib⁹
D. iſrael c. Ait aũt dñs ſymoni. ✠ Sy
mõ ecce ſathanas expetiuit vos vt
cribꝛaret ſicut triticum. Ego autẽ
rogaui pꝛo te: vt non deficiat fides
tua. Et tu aliquãdo cõuerſus/ con
firma fratres tuos c. Qui dixit ei.
s. Dñe/ tecũ parat⁹ ſũ et in carce=
rẽ: ⁊ in moꝛtẽ ire. c. Et ille dixit. ✠
Dico tibi petre: nõ cantabit hodie
gall⁹: donec ter abneges noſſe me.
c. Et dixit eis. ✠ Quãdo miſi vos
ſine ſacculo ⁊ pera et calciamentꝫ/
nũquid aliquid defuit vobis? c. At
illi dixerunt s. Nichil c. Dixit er
go eis. ✠ Sed nunc qui habet ſac=
culũ: tollat ſimiliter et peram. Et
qui non habet vẽdat tunicã ſuam:
et emat gladiũ. Dico enim vobis/
q̃m adhuc hoc qđ ſcriptũ eſt: opoꝛ=
tet impleri in me Et cũ iniq̃s depu
tatus eſt. Etenĩ ea que ſunt de me: fi
nẽ habẽt c. At illi dixerũt. s. Dñe ec
ce gladij duo hic c. At ille dixit eis
✠ Satis eſt c. Et egreſſ⁹ ibat ſcd̃z
ꝯſuetudinẽ ĩ mõtẽ oliuaꝝ. Secuti E
ſũt aũt illũ: ⁊ diſcipuli. Et cũ ꝑue=
niſſet ad locũ/ dixit illis. ✠ Oꝛate
ne ītretꝫ ĩ tẽtationẽ. c. Et ipſe auul
ſus eſt ab eis/ quãtũ eſt iactus lapi
dis. Et poſitꝫ genib⁹: oꝛabat dicẽs
✠ Pater ſi vis trãſfer calicẽ iſtum
a me. Veruntamen non mea volũ=
tas: ſed tua fiat c. Apparuit autem
illi ãgel⁹ de celo: ꝯfoꝛtãs eũ. Et fa
ctus ĩ agonia: pꝛolixi⁹ oꝛabat. Et
factus eſt ſudoꝛ ei⁹: ſicut gutte ſan
guinis decurrẽtis ĩ terrã. Et cum
ſurrexiſſet ab oꝛõne ⁊ veniſſet ad di
ſcipulos ſuos/ īuenit eos doꝛmiẽ=
tes p̄ triſticia. Et ait illis. ✠ Quid
doꝛmitis? Surgite/ oꝛate ne intre
tis in tentationem c. Adhuc eo lo
quente ecce turba ⁊ qui vocabatur
iudas vnus de duodecĩ ãtecedebat
eos. Et appꝛopiquauit ieſu: vt o=
ſcularetur eũ. Jeſus autem dixit
illi. ✠ Juda: oſculo filiũ hoĩs tra=
dis? c. Videntes aũt hi qui circa ip=
ſum erãt quod futurũ erat dixerũt
ei. s. Dñe/ ſi ꝑcutimus in gladio? c F
Et percuſſit vn⁹ ex illis ſeruũ pꝛĩ=
cipis ſacerdotũ/ ⁊ amputauit au=
riculam eius dexterã. Reſpõdens
aũt ieſus ait. ✠ Sinite vſq̃ huc c.
Et cum tetigiſſet auriculã eius ſa
nauit eum. Dixit aũt ieſus ad eos
qui venerant ad ſe pꝛincipes ſacer
dotũ et magiſtratus tẽpli ⁊ ſenio=
res. ✠ Quaſi ad latronem exiſtis
cũ gladijs ⁊ fuſtib⁹/ cum quotidie
vobiſcum fuerim ĩ tẽplo nõ extẽdi
ſtis manus in me. Sed hec eſt hoꝛa
vr̃a/ ⁊ poteſtas tenebꝛaꝝ c. Cõpꝛe
hẽdentes aũt eum duxerunt ad do
mũ pꝛĩcipis ſacerdotũ. Petrus ve
ro ſequebat᷑ eũ a lõge. Acceſſo autẽ

igne in medio atrij ⁊ circūsedentibus
illis: erat petrus in medio eoꝝ.
Quē cum vidisset ancilla quedā sedentē
ad lumē ⁊ eū fuisset intuita: dixit.
s. Et hic cum illo erat. c. At ille
negauit eū: dicēs. s. Mulier/ non
noui illū. c. Et post pusillū: ali⁹ videns
eū dixit. s. Et tu de illis es. c.
Petr⁹ vero ait. s. O hō nō sū. c. Et
interuallo facto quasi horę vnius:
G ali⁹ quedā affirmabat dicēs. s. Vere
et hic cū illo erat: nā ⁊ galile⁹ est. c.
Et ait petr⁹. s. Hō: nescio qd dicis.
c. Et cōtinuo adhuc eo loquēte: cantauit
gallus. Et ꝯuers⁹ dn̄s: respexit
petrū. Et recordatus est petrus
verbi dn̄i sicut dixerat: qꝛ priusq̄ gallus
cātet ter me negabꝭ. Et egress⁹
foras petr⁹: fleuit amare. Et viri q
tenebāt illū/ illudebāt ei cedentes
et velauerunt eū ⁊ pcutiebāt faciē
eius/ et interrogauerūt eū dicētes
s. Prophetiza: qs est q te pcussit. c.
Et alia multa blasphemātes: dicebant
in eū. Et vt fact⁹ est dies/ ꝯuenerūt
seniores plebis ⁊ pricipes sacerdotū
⁊ scribe: ⁊ duxerūt illū i cōsiliū
suū dicentes. s. Si tu es xp̄s/
dic nobis. c. Et ait illis. ✠. Si vobis
dixero: non credetis michi. Si
aūt ⁊ interrogauero: nō rn̄debitis
michi: neq; dimittetis. Ex hoc aūt
erit fili⁹ hoīs sedēs: a dextrꝭ virtutis
dei. c. Dixerūt aūt oēs. s. Tu ergo
es filius dei? c. Qui ait. ✠ Vos
dicitis: qꝛ ego sū. c. At illi dixerūt.
s. Quid adhuc desideram⁹ testimoniū?
Ipsi eni audiuim⁹: de ore ei⁹.
c. Et surgēs oīs multitudo eoꝝ duxerūt
illū ad pylatū. Ceperunt aūt
accusare illū: dicētes. s. Hūc inuenim⁹
subuertētē gentē nostrā: et prohibentē
tributa dari cesari/ ⁊ dicētē
se xp̄m regē esse. c. Pylat⁹ aūt interrogauit
eū: dicens. s. Tu es rex
iudeoꝝ? c. At ille rn̄dēs: ait. ✠ Tu
dicis. Ait autē pylat⁹ ad principes
sacerdotū: et turbas. s. Nichil inuenio
cause: in hoc hoīe. c. At illi inualescebāt
dicētes. s. Cōmouit populum
docēs per vniuersā iudeā: incipiēs
a galilea vsq; huc. c. Pylatus
autē audiēs galileā: iterrogauit si
hō galile⁹ esset. Et vt cognouit ꝙ
de herodis potestate esset/ remisit
eū ad herodē q et ipe hierosolymis
erat illis dieb⁹. Herodes aūt viso B
iesu: gauisus est valde. Erat eni cupiens
ex multo tp̄e videre eū: eo ꝙ
audiret multa de eo/ ⁊ sperabat signū
aliqd videre ab eo fieri. Interrogabat
aūt illū: multꝭ sermonib⁹
At ipse: nichil illi respōdebat. Stabāt
aūt principes sacerdotū et scribe:
constāter accusantes eū. Spreuit
autē illum herodes cum exercitu
suo: et illusit indutū veste alba/
et remisit ad pylatum. Et facti sūt
amici herodes ⁊ pylat⁹ in ipsa die:
nā antea inimici erāt adiuicē. Pylat⁹
aūt cōuocatis principibus sacerdotū
et magistratib⁹ ⁊ plebe: dixit
ad illos. s. Obtulistis mihi hūc
hoīem quasi auertentē pplm̄: et ecce
ego corā vobis interrogās/ nullam
causam īuenio in hoīe isto/ ex
his in quib⁹ eū accusatis. Sz neq;
herodes. Nā remisi vos ad illū: et
ecce nichil dignū morte actū est ei.
Emēdatū ergo illū: dimittā. c. Ne C
cesse aūt habebat dimittere eis per
diē festū vnū. Exclamauit autē simul
vniuersa turba: dicēs. s. Tolle
hunc ⁊ dimitte nobis barrabā. c.
Qui erat propter seditionē quādā
factā in ciuitate et homicidiū: missus
in carcerē. Iterū autē pylatus
locutus est ad eos: volens dimittere
iesum. At illi succlamabāt dicētes.
s. Crucifige crucifige eum. c.
Ille autem tertio: dixit ad illos. s.
Quid enim mali fecit iste? Nullā

cauſā mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illū: et dimittā. c. At illi inſtabant vocibꝰ magnis poſtulantes vt crucifigeretur: et inualeſcebāt voces eorū. Et pylatꝰ adiudicauit
D. fieri petitionē eorū. Dimiſit autē illis eū/ q̄ ꝓpter homicidiū ⁊ ſeditionē miſſus fuerat in carcerē/ quē petebāt: ieſū vero tradidit voluntati eorꝫ. Et cū ducerēt eū apprehēderūt ſymonē quēdā cyrenēſē venientē de villa: ⁊ impoſuerunt illi crucē portare poſt ieſum. Sequebatur autē illū turba multa populi ⁊ mulierum: q̄ plangebant et lamentabantur eū. Cōuerſus autē ad illas ieſus: dixit.
E. ✠ Filie hieruſalē nolite flere ſup me: ſed ſup voſipſos flete ⁊ ſuper filios veſtros. Quoniā ecce venient dies: in quibus dicēt. Beatē ſteriles ⁊ ventres qui non genuerunt: et vbera q̄ nō lactauerunt. Tūc incipiēt dicere montibꝰ cadite ſup nos: et collibꝰ operite nos. Quia ſi in viridi ligno hec faciūt: in arido q̄d fiet? c. Ducebātur autē ⁊ alij duo neq̄ cū eo: vt interficerētur. Et poſtq̄ venerūt i locū qui vocatur caluarie: ibi crucifixerunt eū. Et latrones: vnū a dextris et alterū a ſiniſtris. Jeſus autē dicebat. ✠ Pater dimitte illis: nō enī ſciunt quid faciunt. c. Diuidētes vero veſtimēta eius: miſerunt ſortes. Et ſtabat populꝰ expectās: et deridebāt illū principes cum eis dicentes. s. Alios ſaluos fecit: ſeipſum ſaluū facit ſi hic eſt xp̄s dei electus. c. Illudebāt autē ei et milites accedētes: ⁊ acetū offerētes illi dicētes. s. Si tu es rex iudeorꝫ: ſaluū te fac. c. Erat autē ⁊ ſuperſcriptio ſcripta ſuper illū: litteris grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis. Hic eſt rex iudeorū. Unus autē de his qui pendebāt latronibus: blaſphemabat eū dicēs. s. Si tu es xp̄s: ſaluū fac temetipſū et nos. c. Reſpondens autē alter increpabat eum dicēs. s. Neq̄ tu times deum: qui in eadē dānatione es. Et nos q̄dē iuſte: nā digna factis recepimus: hic vero nichil mali geſſit. c. Et dicebat ad ieſū. s. Dn̄e memento mei cū veneris in regnū tuū. c. Et dixit illi ieſus. ✠ Amen dico tibi: hodie mecū eris in paradiſo. c. Erat autē fere hora ſexta: ⁊ tenebre facte ſunt i vniuerſa terra/ vſq̄ in horā nonā. s. Et obſcuratꝰ eſt ſol: et velū tēpli ſciſſū eſt mediū. Et cū dixerit dyaconꝰ. Velū tēpli ſciſſū eſt. Velū añ altare cadere ꝑmittat. Et clamans voce magna ieſus: ait. ✠ Pater/ in manꝰ tuas cōmendo ſpiritū meū. c. Et hec dicēs: expirauit. Hic fiat genuflexio dicēdo Pater nr̄. Aue maria. In manus tuas. c. Videns autē centurio q̄d factū fuerat glorificauit deū dicēs. s. Vere hic homo iuſtus erat. c. Et oīs turba eorꝫ q̄ ſimul aderāt ad ſpectaculum iſtud/ et videbāt que fiebant: percutientes pectora ſua reuertebātur. Stabant autē oēs noti eius a lōge: et mulieres q̄ ſecute erāt eū a galilea hec videntes. Euāgeliū.

Et ecce vir nomine ioſeph qui erat decurio vir bonus ⁊ iuſtus: hic non conſenſerat cōſilio ⁊ actibus eorꝫ ab arimathia ciuitate iudee/ q̄ expectabat ⁊ ipſe regnū dei. Hic acceſſit ad pylatum: et petijt corpus ieſu. Et depoſitū inuoluit ſyndone: ⁊ poſuit eū i monumēto exciſo: in quo nōdū q̄ſq̄ poſitus fuerat. Offertoriū. Dn̄e exaudi orationē meā: et clamor meꝰ ad te ꝑueniat. V. Ne auertas faciē tuā a me: ne auertas faciē tuam a me. Secreta.

Suſcipe q̄s dn̄e munꝰ oblatū: et dignāter opare vt q̄d paſſionis filij tui dn̄i nr̄i myſterio gerimꝰ pijs affectibus cōſequamur.

Per eūdẽ. Cōio. Potū meū cū fletu temperabā: quia eleuās alliſiſti me/ ⁊ ego ſicut fenum arui: tu aūt dñe in eternū ꝑmanes/ tu exurgẽs dñe miſereberis ſyon: q꞉ venit tempus miſerẽdi eius. Poſtcōmunio.

Largire ſenſibꝰ nr̄is oīps deꝰ vt per tẽporalẽ filij tui mortẽ quā myſteria veneranda teſtāt᷑: vitam nobis dediſſe perpetuam cōfidamus. Per eundẽ. Super populū. Humiliate capita veſtra deo. Orō.

Reſpice q̄s dñe ſuper hanc familiā tuam pro qua dñs noſter ieſus xp̄s non dubitauit manibus tradi nocẽtium: ⁊ crucis ſubire tormẽtum. Qui tecum viuit. ⁊c.

¶ Feria.v.in cena dñi Imp̄mis fiat recōciliatio peniteñ. hoc modo. Nona cantata ꝑgat excellẽtior ſacerdos ad oſtiū eccl'e occid. īdutus veſtibꝰ ſacerd. ī cappa ſerica rubea cū duobꝰ dyaco. albꝫ cū amictibꝰ īdutꝫ abſq̄ ſubdyacono ⁊ ſiñ cruce ꝑ medium chori p̄cedẽte vexillo cilicino. ſintq̄ p̄ñtes ī atrio eccl'ie qui recōciliādi ſunt. Et ſi ep̄s adeſt p̄ncipalis archid. ex parte penitentium ſcilicet extra oſtium eccleſie in cappa ſerica legat hanc lectionem

Adeſt o venerabilis pontifex tp̄s acceptū/ dies ꝓpiciationis diuine et ſalutis humane/ qua mors interitū et vita accepit eṫna p̄ncipiū q̄ñ ī vinea dñi ſabaoth: ſic nouoꝝ palmitū plātatio faciẽda ẽ vt purgeẽ execratio vetuſtatꝫ. Quāuis ei a diuitijs bonitatꝫ dei nichil tp̄is vacet: nūc tñ ⁊ largitior eſt ꝑ īdulgẽtiā remiſſio pctōꝝ ⁊ copioſior ꝑ gratiā aſſumptio renaſcẽtiū. Augemur regenerandis creſcimur reuerſis. Lauant aq̄: lauāt lachryme. Inde eſt gaudiū de aſſumptione vocatoꝝ: hinc leticia de abſolutione penitẽtium. Inde eſt ꝙ ſupplices tui poſteaq̄ ī varias formas criminū neglectu mandatoꝝ celeſtiū ⁊ moꝝ ꝓbabiliū trāſgreſſiōe ceciderunt: humiliati itaq̄ ꝓſtrati ꝓphetica ad deū voce clamabāt dicẽtes. Peccauimꝰ cū p̄ribus nr̄is: iniuſte egimꝰ/ iniq̄tatẽ fecimꝰ. Miſerere nr̄i dñe vocẽ euāgelicā nō fruſtratoria aure capiẽtes vt̄ q̄ lugẽt q̄ñ ipi cōſolabūt᷑. Māducauerūt ſicut ſcriptū eſt panẽ doloris lachrymis ſtratū rigauerūt/ coꝛ ſuū luctu corpꝰ ieiunijs afflixerūt: vt aīarū reciperẽt quam perdiderāt ſanitatẽ. Vnicū eſt itaq̄ penitẽtie ſuffragiū: quod et ſingulis ꝓdeſt ⁊ omnibus in commune ſuccurrit. Redite gra ergo ī eis ap̄lice pontifex quicq̄d dyabolo ſuadẽte ſeruiẽte: ſcindente corruptū eſt et orōnū tuarū patrocinantibꝰ meritꝫ per diuine recōciliatiōis gratiā fac hoīes ꝓximos deo. Vt q̄ antea in ſuis ꝑuerſitatibꝰ diſpiceāt: nunc iā placere ſe dño in regionẽ viuoꝝ deuicto mortis ſue auctoꝛe gratulent᷑. Que lc. nō legat᷑ ep̄o abſente. Finita lectōẽ īcipiat ep̄s ā. Venite venite. infra p̄dictū oſtiū conuerſꝰ ad boꝛeā ſignū faciẽdo cū manu quaſi vocando. Deīde dyaconꝰ ex parte penit. ſcilꝫ extra oſtiū dicat. Flectamꝰ genua. Aliꝰ dyaconꝰ ex p̄te ep̄i dicat. Leuate. et ita fiat tribus vicibus. Ita tñ ꝙ poſt tertiā repetitionem āñe. nō dr̄. Flectamꝰ geñ. ſed choꝛꝰ ꝓſequatur totam āñ. cātoꝛe incipiẽte. Filij audite me timorem dñi docebo vos. ps. Bñdicā. totus ps. dr̄ cum. Glia p̄ri. Et poſt vnūquemq̄ vſū repetat᷑ ā. Dū pſalmꝰ cantat᷑ a choꝛo cū ā. ſic manuatim penitentes ab aliquo p̄bro de choꝛo habitu nō mutato reddant᷑ ſacerdoti executori officij et ab ipſo reſtituātur eccleſie gremio. Tamen ſi ep̄s preſens fuerit: penitētes a pbr̄o reddantur archidiacono: ⁊ ab ipo reddāt epo: ⁊ ab epo reddāt ecclīe gremio. Quibꝰ expletꝭ: pceſſio more ſolito in choro redeat. Deīde pſternāt ſe oēs: ⁊ dicāt cū ī cho. vii. ps. penitētiales cū Gl̄a pr̄i. Sicut erat. Sacerdos vo cū ſuis miſtrꝭ dicat ꝑ ſe ſeptē pſs. cū Gl̄a pr̄i. ⁊ Sicut erat. ⁊ an. Ne reminiſcarꝭ. cū Kyrie el. Xp̄e el. Kyrie el. Pr̄ nr̄. an altare ſicut ī die cinerū ꝑnotatū eſt. Deīde erigēs ſe ſacerdō. ꝯuerſꝰ ad auſtralē corā dextro cornu altarꝭ ſine nota dicat. Et ne nos. Sꝫ libe. Saluos fac ſeruos tuos ⁊ ācillas tuas. Deus meꝰ ſperātes ī te. Cōuertere dn̄e vſqꝫ quo. Et deprecabilis eſto ſup ſeruos tuos. Mitte eis dn̄e auxilium de ſācto. Et de ſyon tuere eos. Adiuua nos deus ſalutaris nr̄. Et ꝓpter gloriā nōis tui dn̄e libera nos: ⁊ ꝓpiciꝰ eſto pctīs nr̄is ꝓpter nomē tuū. Dn̄e exaudi orōnē meā. Et clamor meus ad te veniat. Dn̄s vobiſcū. Et cū ſpū tuo. Oremus.

Adeſto dn̄e ſupplicationibꝰ noſtris: ⁊ me qui etiam miā tua primꝰ indigeo clementer exaudi: et quē nō electiōe meriti ſed dono grē tue cōſtituiſti operis huius miniſtrū da fiduciā tui munerꝭ exequēdi tuꝗ̄ ꝑ me ī nr̄o miniſterio quod tue pietatis eſt operare. Per xp̄m. Et dicunt oēs or̄. et terminentur ſub tono lectiōis / ⁊ oēs orōnes cū Oremus. Non dr̄ Dn̄s vobiſcum. niſi āte primā orōnē tm̄. Alia or̄.

Deus humani generis benignissime conditor: ⁊ miſericordiſſime reformator / qui hoīem inuidia dyaboli ab eternitate deiectū vnici filij tui ſanguie redemiſti viuifica hos famlos tuos quos tibi nullatenus mori deſyderas / ⁊ qui nō derelinquis deuios / aſſume correctos: moueant pietatē tuā qs dn̄e hor̄ famulor̄ tuor̄ lachrymoſa ſuſpiria tu eor̄ medere vulneribus: tu iacētibꝰ manū porrige ſalutarē: ne eccl̄a tua aliqua ſui corporis portiōe vaſtetur / ne grex tuꝰ detrimentum ſuſtineat / ne de familie tue dāno inimicus exultet: ne renatos lauacro ſalutari / mors ſcd̄a poſſideat. Tibi ergo dn̄e ſupplices preces ⁊ cordis fletū effundimꝰ: tu parce ꝯfitentibꝰ: vt ſic ī hac mortalitate pctā ſua te adiuuāte defleāt quatenꝰ in tremēdi iudicij die ſnīā eterne dānationis euadāt: ⁊ neſciāt pijſſime pater quod terret ī tenebris: quod ſtridet in flāmis: atqꝫ ab erroris ſui via ad iter reuerſi iuſticie: nequaꝗ̄ vltra vulneribꝰ ſaucient / ſed integrū ſit eis atqꝫ ꝑpetuum / et qd̄ grā tua cōtulit ⁊ qd̄ miā reformauit. Per eundem. Oratio.

Domine ſācte pr̄ oīps eterne deus / q̄ vulnera nr̄a curare dignatus es / te ſupplices rogamꝰ ac petimus nos humiles tui ſacerdotes: vt ꝓcibꝰ noſtris aurē tue pietatis inclinare digneris atqꝫ ad penitētiā ꝯfeſſiōe moueariſ remittas qꝫ oīa crimina ⁊ pctā vniuerſa cōdones / deſqꝫ his famulis tuis dn̄e pro ſupplicijs veniam / pro merore leticiā / ꝓ morte vitam vt q̄ ad tantam ſpem celeſtis apicis deuoluti ſunt: de tua miſericordia confidentes ad bona pacifici ꝑmij tui / atqꝫ ad celeſtia dona peruenire mereantur. Per. Hic non dr̄ Oremus. ſed ſacerdō. ad ꝑplm ꝯuerſus manu extēſa ſine nota dicat abſolutionem

Abſoluimꝰ vos vice beati petri apoſtolorū principis cui collata eſt a dn̄o poteſtas ligādi atqꝫ ſoluēdi: ⁊ quantū ad vos ptinet accuſatio et ad nos remiſſio ſit vobis oīps deꝰ vita et ſalus / et omniū pctoꝝ vꝛoꝝ pi⁹ ĩdultoꝛ. Qui viuit et regnat cũ deo pr̃e. ꝛc. Et ſic ſurgãt oĩs a ꝓſtratiõe deoſculãtes formulas vel terrã ſacerd. dicẽte Qui vi. Et ſi eṗs adſit dicat bñdictionẽ Deinde incipiatur miſſa ſolenniter ſine regimine chori. Officium.

Gal. 6.D NOs aũt gľari oportet in cruce dñi nr̃i ieſu xp̄i ĩ quo ẽ ſal⁹ vita ⁊ reſurrectio nr̃a: ꝑ quẽ ſaluati et liberati ſumus. Ps. De⁹ miſereat̃ nr̃i ⁊ benedicat nobis: illumĩet vultũ ſuũ ſuper nos ⁊ miſereat̃ nr̃i. Si eṗs celebꝛet vi Gľa pr̃i. ⁊ ſiue eṗs celeb. ſiue nõ dicãt⁹ vi Cõditoꝛ Kyrie el. abſq; verſib⁹. Si eṗs celebꝛet di Gľa ĩ excel. alit̃ nõ: ſequat̃ Oꝛe⁹. ſine Flect. Or. Ps.66

DEꝰ a quo ⁊ iudas ꝓditoꝛ reatus ſui penã et confeſſionis ſue latro ꝓmiũ ſumpſit: cõcede nobis tue ꝓpiciatiõis effectũ vt ſicut in paſſione ſua ieſus xp̄s dñs nr̃ diuerſa vtriſq; intulit ſtipẽdia meritoꝝ: ita nobis ablato vetuſtatꝫ erroꝛe reſurrectiõis gratiã ſue largiatur. Qui tecum. Ad corinthios.

.11 FRatres: Cõuenĩẽtib⁹ vobis in vnũ: iã non eſt dñicã cenã mãducare. Unuſq́ſq; enĩ: ſuã cenã ꝓſumit ad manducãdũ. Et ali⁹ q̇dẽ eſurit: ali⁹ aũt ebꝛi⁹ eſt. Nũq̇d domos nõ habetis ad mãducãdũ ⁊ bibẽdũ? Aut eccleſiã dei ꝯtẽnitꝫ ⁊ ꝯfũditis eos q̇ nõ habẽt? Quid dicam vobis? Laudo vos: ĩ hoc nõ laudo Ego enĩ accepi a dño qđ ⁊ tradidi vobis: qm̃ dñs ieſ⁹ ĩ qua nocte tradebatur accepit panem/ ⁊ gratias agens fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ mãducate. Hoc eſt coꝛp⁹ meum: quod pro vobis tradetur. Hoc facite: in meã commemoꝛationẽ. Similiter H. et calicẽ: poſtq̃ cenauit dicẽs. Hic calix nouum teſtamẽtum eſt ĩ meo ſanguĩe. Hoc facite quotiẽſcũq; bibetis: ĩ meã ꝯmemoꝛationẽ. Quotienſcũq; enĩ mãducabitis panem hũc ⁊ calicẽ bibetis: moꝛtẽ dñi annũciabitis donec veniat. Itaq; q̇cunq; mãducauerit panẽ vel biberit calicẽ dñi indigne: reus erit coꝛpoꝛis ⁊ ſanguĩs dñi. G Pꝛobet aũt ſe ipſũ homo: et ſic de pane illo edat/ et de calice bibat. Qui eĩ mãducat et bibit indigne iudiciũ ſibi mãducat ⁊ bibit/ non dĳudicans coꝛp⁹ dñi. Ideo ĩter vos multi infirmi ⁊ imbecilles: ⁊ doꝛmiũt multi Qđ ſi noſmetipſos dĳudicarem⁹: nõ vtiq; iudicaremur Dũ iudicamur aũt a dño coꝛripimur: vt non cum hoc mũdo dãnemur. Hec predicta ep̄la legat̃ in pulpito: et ibidẽ cãtet̃ Gr. a duob⁹ clericis in ſuperpelliceis.

phil. 2. B Gr. Xp̄s fact⁹ eſt ꝓ nobis obediẽs vſq; ad moꝛtẽ: moꝛtẽ aũt crucis. V. Pꝛopter quod ⁊ de⁹ exaltauit illũ et dedit illi nomen qđ eſt ſuꝑ oẽ nomen. Repetatur Gr. niſi eṗs celebꝛet. Euãgelium legat̃ in pulpito: moꝛe dñicali. Secũdum iohannẽ.

ca. 13 A ANte diẽ feſtũ paſche ſciẽs ieſus q꞉ venit hoꝛa ei⁹ vt tranſeat de hoc mũdo ad patrẽ cũ dilexiſſet ſuos qui erãt ĩ mũdo: in finẽ dilexit eos Et cena facta cũ dyabolus iã miſiſſet ĩ coꝛ vt traderet eum iudas ſymonis ſcariothis: ſciẽs q꞉ oĩa dedit ei pater in manus ⁊ quia a deo exiuit et ad deum vadit: ſurgit a cena/ ⁊ ponit veſtimenta ſua Et cum accepiſſet lintheum: ꝓcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim: et cepit lauare pedes diſcipuloꝛum ſuoꝛum/ et extergere lĩtheo quo erat precinctus. Venit ergo ad ſymonẽ petrum. Et dixit ei petr⁹. Domĩe: tu michi lauas pedes? Reſpondit ieſus ⁊ dixit ei. Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Dixit ei petrꝰ. Nõ lauabis michi pedes: ĩ eternũ. Rñdit ei ieſꝰ Si nõ lauero te: nõ habebis partẽ mecũ. Dixit ei ſymon petrꝰ. Dñe/ nõ tñ pedes meos: ſed ⁊ manꝰ ⁊ caput. Et dixit ei ieſꝰ. Qui lotꝰ eſt nõ indiget niſi vt pedes lauet: ſꝫ ẽ mũdus totꝰ. Et vos mundi eſtis: ſed nõ oẽs. Sciebat enĩ quiſnã eſſet q̃ traderet eũ: ꝓpterea dixit nõ eſtis mũdi oẽs. Poſtq̃ ergo lauit pedes eoꝝ accepit veſtimenta ſua: ⁊ cũ recubuiſſet iteꝝ dixit eis. Scitꝫ q̃d fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter ⁊ dñe: et bñ dicitis ſũ etẽm Si ergo ego laui pedes veſtros dñs et magiſter: et vos debetis alter alterꝰ lauare pedes. Exẽplũ enĩ dedi vobis: vt quẽadmodum ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis. Sine Credo. Si epũs celebrauerit / legat hoc euange. more duplicis feſti cũ Credo. Offer. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me nõ moriar ſed viuã: et narrabo opera domini. Donãtur a ſubdyacono tres hoſtie ad ſacrãdũ / quarũ due reſeruentur ĩ craſtinũ / vna ad percipiẽdum a ſacerdote / reliqua vt ponatur cũ cruce in ſepulchro. Secreta

Ps. 117.

Ipſe tibi q̃s dñe ſancte pater oĩps eterne deus: ſacrificium noſtrũ reddat acceptum: qui diſcipulis ſuis in commemorationem hoc fieri hodierna traditione mõſtrauit ieſus xp̃s dñs nr̃. Qui tecũ Prefatio quotid. Hac die Sãctus ſolenniter cãtetur: ſꝫ epũs defuerit. Infra canonem Cõicãtes. et Hãc igit. ⁊ Qui p̃die. ⁊ dñr tã a ſacerd. q̃ ab epo. Tres pueri ante olei ꝯſecra tionẽ ſimul cãtẽt hũc hymnum ĩ ſuppelliciis O redẽptor. Chorus idẽ repetat poſt vnumquẽq; vſum. Hac die nõ dr̃ Agnꝰ. nec pax detur niſi epũs celebrauerit: tunc enĩ dr̃ Agnꝰ. ſolẽniter more duplicꝫ feſ. ⁊ ſacri criſmatis ampula pro pace ⁊ oſculet. Cõio. Dñs ieſꝰ poſtq̃ cenauit cũ diſcipulis ſuis lauit pedes eoꝝ ⁊ ait illis: ſcitis q̃d fecerim vobꝫ ego dñs ⁊ magiſter / exẽplũ dedi vobis vt ⁊ vos ita faciatꝫ. Cãta cõmunione ſtatĩ ĩcipiat veſpere feſtiue ſine regimine chori: et ſine Deꝰ in adiutoriũ. Ab aliquo de ſuperiori gradu incipiat ãn. Calicem. ps. Jo. 13

Credidi ꝓpt̃ q̃d locutꝰ ſũ: ego aũt hũiliatꝰ ſũ nimis Ego dixi in exceſſu meo: oĩs hõ mẽdax. Quid retribuã dño: ꝓ oĩbꝰ q̃ retribuit michi? Calicẽ ſalutaris accipiã: ⁊ nomẽ dñi inuocabo. Uota mea dño reddam corã oĩ ꝑplo eiꝰ: p̃cioſa ĩ ꝯſpectu dñi mors ſctõꝝ eiꝰ. O domine quia ego ſeruus tuus: ego ſeruꝰ tuus et filius ancille tue. Dirupiſti vincula mea / tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: et nomen domini inuocabo. Uota mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius in atriis domus domini in medio tui hieruſalem. Non dicitur Gloria patri. ſed repetatur ãn. Calicem ſalutaris accipiã ⁊ nomẽ domini inuocabo. Et cetere ãne cum ceteris pſalmis dicuntur ſine Gloria pñ.

Ad dominũ cũ tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. Domine libera aĩam meam a labiis iniquis: et a lingua doloſa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi / ad linguã doloſam? Sagitte potẽtis acute: cum carbonibꝰ deſolatoriis Heu michi q2 ĩcolatꝰ meꝰ prolongatꝰ eſt habitaui cum habitãtibꝰ cedar: multum incola fuit aĩa mea Cum his q̃ oderunt pacẽ erã pacificus: cum loquebar illis ĩpugnabant me gratis. ãn. Cũ his q̃ oderũt pacem erã pacificus: cũ loq̃bar filiis: impugnabant me gratis.

ps. 139 Eripe me dñe ab hoīe malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniquitates in corde: tota die cōſtituebant prelia. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenū aſpidū ſub labiis eorꝝ. Cuſtodi me domine de manu peccatoris: et ab hoībus iniquis eripe me. Qui cogitauerūt ſupplātare greſſus meos: abſcōderūt ſuꝑbi laqueū michi. Et funes extenderūt in laqueum: iuxta iter ſcandalū poſuerunt michi. Dixi dño deus me⁹ es tu: exaudi dñe vocē deprecationis mee. Dñe dñe virtus ſalutis mee / obūbraſti ſuper caput meum ī die belli. Non tradas me dñe a deſiderio meo pctōri: cogitauerūt cōtra me ne derelinquas me ne forte exaltent. Caput circuitus eorꝝ: labor labiorꝝ ipſorꝝ operiet eos. Cadēt ſuper eos carbones: ī ignem deiicies eos ī miſeriis nō ſubſiſtēt. Vir linguoſus non dirigetur ī terra: virū iniuſtū mala capiēt ī interitu. Cognoui qꝛ faciet dñs iudiciū inopis et vindictā pauperū. Verūtamen iuſti cōfitebūtur noī tuo: et habitabūt recti cum vultu tuo. An. Ab hominibus iniquis libera me dñe.

ps. 140. Domine clamaui ad te exaudi me: intēde voci mee dum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea ſicut incenſū ī cōſpectu tuo eleuatio manuū mearꝝ ſacrificium veſpertinū. Pone dñe cuſtodiā ori meo ⁊ oſtiū circūſtātie labiis meis. Non declines cor meum in verba malicie: ad excuſandas excuſatōes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem: et non communicabo cum electis eorꝝ. Corripiet me iuſtus in mīa ⁊ increpabit me: oleum aūt pctōris non impinguet caput meū. Qm̄ adhuc ⁊ orō mea in beneplacitis eorū: abſorpti ſunt iuncti petre iudices eorū. Audiēt verba mea qm̄ potuerūt: ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſuꝑ terrā. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſec⁹ infernū: qꝛ ad te dñe dñe oculi mei in te ſperaui non auferas animam meā. Cuſtodi me a laq̄o quē ſtatuerunt michi: ⁊ ab ſcandalis operantium iniquitatē. Cadēt ī retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſū ego donec tranſeam. An. Cuſtodi me a laq̄o quē ſtatuerunt michi: et ab ſcandalis operantium iniquitatē.

ps. 141. Voce mea ad dominū clamaui: voce mea ad dominum deprecatus ſum. Effundo ī conſpectu eius orationē meam ⁊ tribulationem meā ante ipſum ꝓnuncio. In deficiēdo ex me ſpiritum meum: et tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabā abſcōderūt laqueū michi. Conſiderabam ad dexteram et videbā: ⁊ non erat qui cognoſceret me. Periit fuga a me: ⁊ non eſt qui requirat animam meam. Clamaui ad te domine dixi tu es ſpes mea portio mea in terra viuentium. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis. Libera me a perſeq̄ntib⁹ me: qꝛ cōfortati ſunt ſuꝑ me. Educ de cuſtodia aīam meā ad cōfitēdū nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas michi. An. Conſiderabā ad dexterā ⁊ videbā: ⁊ nō erat qui cognoſceret me. Finita hac anta. a. ſtatim icipiatur. a. Cenātib⁹

Luce i. c. Magnificat: anima mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce eī ex hoc beatā me dicent oēs generationes. Quia fecit michi magna qui potens eſt: et ſctm̄ nomē eius. Et mīa eius a progenie in progenies:

timētibus eū. Fecit potētiā ī brachio ſuo: diſpſit ſupbos mente cordis ſui. Depoſuit potētes de ſede: et exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis: et diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerū ſuū: recordat⁹ mīe ſue. Sicut locutus eſt ad patres nřos: abraham ⁊ ſemini
mat. 26. eius in ſecula. An. Cenātib⁹ aūt accepit ieſ⁹ panē: bñdixit ac fregit deditqȝ diſcipulis ſuis. Repetita ān. poſt Magnificat. Dicat ſacerdos poſtcommunionē cum Dominus vobiſcū. et Oremus. more ſolito.

Refecti vitalib⁹ alimentis qȝs dñe deus nř: vt quod tpe nūc mortalitatis exequimur immortalitatis tue munere conſequamur. Per. Et ſic miſſa ⁊ veſpere ſimul finiant dyacono dicēte. Ite miſſa ē. ſi eps celebret: ſi vo nō: miſſa et veſpe ſimul finiāt cū Benedicam⁹ dño. Propter ſolēnitatē vo cene dyaconus ⁊ ſubdyacon⁹ dalmatica ⁊ tunica īduant lʒ eps nō celebrauerit

¶ Poſt prādiū conueniant clerici ad eccleſiam ad altaria abluēda et ad mandatū faciendum: ⁊ ad cōpletoriū dicendū. Imprimis bñdicat aqua more ſolito extra cho. ꝑuati. Deīde ꝑparent duo ſacerdo. excellētiores cū dyaco. et ſubdya. de .ij. forma et ceroferarijs de prima forma q̄ oēs ſint albis cū amictib⁹ induti et īcipiāt a maiori altari ⁊ abluāt illud infundentes vinū ⁊ aquam ⁊ interim cātet Rȝ. In mōte oliueti. a toto choro corā altari cū ſuo vſu et dr̄ ſine Gloria pri. Quo finito: dr̄ V. ⁊ or. de ſctō ī cui⁹ honore cōſecratū eſt altare ab excellentiori ſacerdote modeſta voce. Itē ſine noſta q̄ terminetur ſic. Per chriſtum. nec p̄cedat nec ſubſequat Dñs vo. ſed tm̄ Oremus. āte orōnē Eodē modo omnia altaria ī eccleſia abluāt cū Rȝ. et V. ſicut ordinati ſunt ī p̄dicta hyſtoria: ſcʒ In monte oliueti. et cum V. ⁊ or. de ſctis vt ſupradictū eſt. Ita ꝙ nullum Rȝ. īcipiatur niſi tm̄ corā altari et ibi totū cantabitur: vt ſupra diximus. Et ſemper in extrema ablutiōe cātetur Rȝ Circūdederūt me. cū ſuo V. Et ſi plura fuerit altaria in eccl'a ꝙ Rȝ. ī p̄dicta hyſtoria: tūc reīcipiat hyſtoria ordine p̄dicto ſeruato: ſcʒ ꝙ Rȝ Circumdederunt. ſemp vltimo loco cātetur. Poſt ablutionē altarꝫ intrēt capl'm et dyacon⁹ legat euāgeliū. Ante diē feſ. ſicut ad miſſā lectū eſt / deinde dicitur ſermo. Quo finito ſurgāt duo predicti ſacerdotes ⁊ incipiētes a maiorib⁹ lauent oīm pedes / vn⁹ ex vna parte / et alter ex altera parte chori: ⁊ ipi inuicem ſibi lauent pedes. Et interī cātentur he ſequētes āe. cū ſuis pſis toto choro interī ſedēte. ā. Mādatū nouū. p̄ Deus miſereatur. tot⁹ ps. dr̄ ſine Gloria pa. Et p⁹ vnūqȝ q̄ v. repetat ā. Et hoc mō dīr oēs āe. cū ſuis pſis. q̄ ſequūt. ā. Diligam⁹ nos. p̄ Ecce q̄ bonū. ā. In diebus ill'. p̄. Miſerere. ī. ā. Maria ergo p̄. Bti īmacula. ā. Poſt q̄. p̄. Audite hec oēs gen. De ſequētes āe. ſi nc̄ceſſe fuerit / cantētur: ſin aūt oīno p̄termittātur. ān. Vos vocatis. ā. Si ego dñs. ān. Ante. ān. Venit ad petrū. Peracta ablutiōe pedum dicto ſermone: accipiāt caritatis potū. Quib⁹ rite pactꝭ vn⁹ ſacerdos dicat p̄ces hoc modo. Suſcepim⁹ de⁹ mīam tuā. In medio tēpli tui. Tu mādaſti. Mādata tua cuſtodiri nimis. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū habitare frēs ī vnū. Dñe exaudi. Et clamor. Dñs vobiſ. Et cū. Oremus.

Adeſto q̄s dñe officio ſeruitutis noſtre: ⁊ quia tu pedes lauare dignat⁹ es tuis diſcipulis ne deſpicias opa manuum tuaꝝ ꝗ nobis retinēda mādaſti: ſꝫ ſicut exteriora hic abluūt inquinamēta corporum ſic a te oīm nr̄oꝝ iteriora mūdētur pctā qḋ ipe pſtare digneꝛ Qui cū deo pr̄e et ſpi. ſan. v. et. re. deꝰ. p.

Si vo nullꝰ adſit clericꝰ ſermonē faciens ceteris vt priꝰ pactis poſt ablutionē pedum dn̄ic p̄ces p̄dicte. Deīde legat̄ ſequēs euāg. a quodā dyacono de ſcda forma in ſuppellicio ſine titulo. Benedictione priꝰ petit aa verecutore officij: et legatur more lec. fratribus interi caritatis potū ſumentibus et legatur vſq ad illum finē. **Surgite eamus hic** Et ita recedant. Euangelium.

[illegible] B Amen amē dico vobis: nō eſt ſeruus maior dn̄o ſuo / neq aplus maior eo qui miſit illum. Si hec ſcitis: vti eritis ſi feceritis ea. Nō de oībus vobis dico. Ego ſcio quos elegeri: ſꝫ vt adimpleat̄ ſcri- C ptura. Qui mādu cat meū panē: leuabit cōtra me calcaneū ſuū. Amē amen dico vobis priuſq fiat: vt cū factum fuerit credatis quia ego ſū. Amē amen dico vobis: qui accipit ſi quem miſero / me accipit Qui autem me accipit accipit eum qui me miſit. Et cum hec dixiſſet ieſus turbatus eſt ſpiritu / et ꝓteſtatꝰ eſt et dixit. Amen amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet. Aſpiciebant ergo adinuicem diſcipli heſitantes de quo diceret. Erat autem recumbens vnꝰ ex diſcipulis eius in ſinu ieſu: quem diligebat ieſus. Innuit ergo huic ſymon petrus ⁊ dixit ei. Quis ē de quo dicit? Itaq cum recubuiſſet ille ſupra pectꝰ ieſu: dixit illi. Domine quis eſt? Reſpondit ieſus Ille eſt cui ego intinctū panē porrexero Et cū intīxiſſet panen: dedit iude ſymonis ſcariothis. Et poſt bucellam: introiuit i illū ſathanas. Et dixit ei ieſꝰ. Qḋ facis: fac citius. Hoc aūt nemo ſciuit diſcūbētium: ad quid dixerit ei Quidā aūt putabāt qꝛ loculos habebat iudas ꝙ dixiſſet ei ieſus: eme ea q̄ nobis opus ſūt ad diem feſtū / aut vt egenis aliqḋ daret. Cum ergo accepiſſet ille bucellā: exiuit ꝯtinuo. Erat eni nox. Cū ergo exiſſet: D dixit ieſꝰ Nūc clarificatꝰ eſt filius homis: ⁊ deus clarificatus eſt i eo Si deus clarificatus eſt i eo: et deꝰ clarificauit eū in ſemetipſo. Et ꝯtinuo clarificabit eū. Filioli / adhuc modicū vobiſcū ſū. Queretis me ⁊ ſicut dixi iudeis quo ego vado vos nō poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mādatū nouū do vobis vt diligatis inuicē: ſicut dilexi vos vt et vos diligatiſ iuicē In hoc cognoſcēt oēs qꝛ diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionē habueritis adiuicē Dixit ei ſymō petrꝰ Dn̄e / quo vadis? Rn̄dit ieſus. Quo ego vado nō potes me modo ſequi: ſeqris autē poſtea Dixit ei petrꝰ Quare nō poſſum te ſequi modo? Aīam meā: ꝑ te ponā. Rn̄dit ei ieſus. Aīam tuā ꝑ me pones? Amē amē dico tibi: non cātabit gallus / donec ter me neges. Et Joh 14. C ait diſcipulis ſuis. Nō turbet̄ cor veſtrū: neq formidet. Creditiſ i deū A et i me credite. In domo pr̄is mei māſiones multe ſūt. Si quominꝰ dixiſſē vobis: qꝛ vado parare vobiſ locū. Et ſi abiero et p̄parauero vobis locū: iterū veniā et accipiā vos ad meipſū vt vbi ſum ego ⁊ vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis: et viā ſcitis. Dixit ei thomas. Dn̄e neſcimus quo vadis. Et quō poſſumus viā ſcire? Dixit ei ieſꝰ Ego ſū via: veritas et vita. Nemo venit ad patrem / niſi ꝑ me. Si cognouiſſetis me: et patrem meum vtiq cognouiſſetis. Et amodo cognoſcetis eū et vidiſtis eum. Dixit ei philippus Dñe: oſtẽde nobꝫ patrẽ: ⁊ ſufficit nobis. Dixit ei ieſꝰ Tãto tpe vobiſcũ ſum: ⁊ nõ cognouiſtis me. Philippe B q̃ videt me videt ⁊ patrẽ meũ. Et quõ tu dicꝫ: oſtẽde nobꝫ patrẽ? Non credis qꝛ ego ĩ pr̃e: et pr̃ in me eſt? Verba q̃ ego loquor vobis: a meipſo nõ loquor. Pr̃ aũt in me manẽs ipſe facit opa. Nõ creditis qꝛ ego ĩ pr̃e: et pr̃ ĩ me eſt? Alioq̃n ꝓpter ipſa opa: credite. Amen amẽ dico vobis: q̃ credit ĩ me opa q̃ ego facio: ⁊ ipẽ faciet. Et maiora hoꝝ faciet qꝛ ego ad patrem vado. Et quodcũq; petieritis patrẽ ĩ noĩe meo hoc faciã: vt glorificetẽ pater in filio. Si quid petieritis in noĩe meo: hoc faciã. Si diligitꝫ me mãdata mea ſeruate. Et ego rogabo patrẽ: et aliũ paclitũ dabit vobis vt maneat vobiſcũ ĩ eternũ ſpm̃ veritatis quem mũdꝰ nõ poteſt capere: qꝛ nõ videt C eũ: nec ſcit eũ. Vos aũt cognoſcetꝫ eũ: qꝛ apud vos manebit/ ⁊ in vobis erit. Nõ relinquã vos orphanos: veniã ad vos. Adhuc modicũ: et mũdus me iam non videt. Vos aũt videbitis me: qꝛ ego viuo/ et vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis: qꝛ ego ſũ in pr̃e meo: et vos ĩ me: et ego in vobis. Qui habet mandata mea et ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui aũt diligit me: diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: ⁊ manifeſtabo ei meipſum. Dixit ei iudas: non ille ſcariothis. Domie quid factum eſt/ quia manifeſtaturus es teipſum nobis et non mundo? Rñdit ieſus: et dixit ei. Si q̃s diligit me: ſermonẽ meũ ſeruabit ⁊ pater meus diliget eũ: et ad eũ veniemus et manſionẽ apud eũ faciemus. Qui nõ diligit me: ſermones meos nõ ſeruat. Et ſermonẽ quem audiſtis non eſt meꝰ: ſed eius q̃ miſit me pr̃is. Hec locutus ſum vobis apud vos manẽs. Paracliptus aũt ſpũs ſctũs quẽ mittet pater ĩ noĩe meo: ille vos docebit oĩa/ ⁊ ſuggeret vobis oĩa quecũq; dixero vobꝫ. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Nõ quõ mũdus dat: ego do vobis Non turbetẽ cor veſtrũ: neq; formidet. Audiſtis/ quia ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetꝫ vtiq; qꝛ vado ad patrẽ: qꝛ pr̃ maior me eſt. Et nũc dixi vobꝫ priuſq̃ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis. Iã nõ multa loquar vobiſcũ Venit ei princeps mũdi huiꝰ: et in me nõ hꝫ q̃cq̃. Sed vt cognoſcat mũdꝰ qꝛ diligo patrẽ: et ſicut mãdatũ dedit michi pat̃: ſic facio. Surgite/ eamꝰ hic.

¶ Fe. vi. die paraſceues dicta hora. ix. accedat ſacerdos ad altare indutꝰ veſtibus ſacerdotalibus ĩ caſula rubea cũ dya. ⁊ ſubd. ⁊ cet̃is miniſtris altaris q̃ oẽs ſint albis cũ amictibꝰ induti ⁊ ſtati ꝑcedat accolitꝰ alba indutꝰ ad legẽdũ hãc lec. ad gradũ cho. ſine titulo hoc modo. ¶ Oſe

IN tribulatione ſua mane cõſurgent ad me. Venite/ et reuertamur ad dñm: quia ipẽ cepit ⁊ ſanabit nos/ ꝑcutiet ⁊ curabit nos Viuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos et viuemꝰ in conſpectu eius. Sciemus ſequemurq;: vt cognoſcamꝰ dñm Quaſi diluculũ preparatꝰ eſt egreſſus eiꝰ et veniet quaſi ymber nobꝫ temporaneꝰ et ſerotinꝰ terre. Quid faciã tibi effraim? Quid faciã tibi iuda? Mĩa vr̃a quaſi nubes matutina: et quaſi ros mane ꝑtrãſiẽs. Propt̃ hoc dolaui ĩ ꝓphetꝫ ⁊ occidi eos ĩ vbꝫ oris mei: et iudicia mea quaſi lux egredient. Qꝛ mĩam volui ⁊ nõ ſacrificiũ: ⁊ ſcientiã dei pluſq̃ olocauſtã.

Chorus alternatim dicat tractum

Domine audiui auditũ tuũ ⁊ timui: ꝯsideraui opera tua ⁊ expaui. ℣. In medio duoꝝ aīaliũ ĩnotesceris dũ appropinquauerit anni cognosceris dũ aduenerit tẽpus ostẽderis. ℣. In eo dũ ꝯturbata fuerit aīa mea in ira mīe mẽmoꝛeris. ℣. De⁹ a libano veniet et sctũs de mõte vmbroso ⁊ cõdẽso. ℣. Operuit celos maiestas eius: ⁊ laudis ei⁹ plena est tra. Sequatᷣ oꝛ. sine Dñs vobiscũ. sʒ tñ cũ Oꝛe⁹. ⁊ Flecta. oꝛ.

Deus a quo ⁊ iudas pditoꝛ reat⁹ sui penã/ ⁊ cõfessiõis sue latro p̄miũ sũpsit: ꝯcede nobis tue ppiciatõis effectũ: vt sicut in passione sua ies⁹ xp̃s dñs nr̃ diuersa vtrisq; intulit stipẽdia meritoꝝ: ita nobis ablato vetustatis erroꝛe/ resurrectiõis sue grãm largiatᷣ. Qui tecũ.

Subdya. legat hãc lectionẽ ad gradũ cho. sine titu hoc modo. Exodi

Dixit dñs ad moysen ⁊ aarõ in terra egypti. Mensis iste vobis principiũ mẽsiũ: primus erit in mẽsib⁹ anni. Loquimini ad vniuersum cetũ filioꝝ israel: et dicite eis. Decima die mẽsis hui⁹ tollat vnusquisq; agnũ p familias ac domos suas. Si autem minoꝛ est numer⁹ vt sufficere possit ad vescendum agnum: assumat vicinũ suũ qui iunctus est domui eius iuxta numerũ aīaꝝ q̄ sufficere possint ad esũ agni Erit eni agnus absq; macula: masculus ãnicul⁹. Iuxta quẽ ritũ tolletis ⁊ hedũ: ⁊ seruabitis eũ vsq; ad quartãdecimã diẽ mẽsis hui⁹. Immolabitq; eũ vniuersa multitudo filioꝝ isrl̃ ad vesperã: sumẽtq; de sanguine agni ac ponẽt sup vtrũq; postẽ: ⁊ in supliminaribus domoꝝ in quib⁹ comedent illum. Et edẽt carnes nocte illa assas igni: ⁊ azimos panes cũ lactucis agrestib⁹. Non comedetis ex eo crudũ q̄d nec coctũ aqua: sʒ assum tãtũ igni. Caput cũ pedibus eius ⁊ intestinis voꝛabitis nec remanebit ex eo quicq̃ vsq; mane. Si q̄d residuũ fuerit: igne cõburetis. Sic aũt comedetis illũ. Renes vr̃os accingetis: et calciamẽta habebitis in pedib⁹ tenẽtes baculos in manibus/ ⁊ comedetis festinãtes Est enim phase: id est trãsitus dñi.

Choꝛus alternatim dicat tractum Ps. 139. tota ista.

Eripe me dñe ab hoīe malo: a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerũt malicias in coꝛde: tota die ꝯstituebãt prelia. ℣. Acuerũt linguã suã sicut serpẽtes: venenũ aspidum sub labijs eoꝝ. ℣. Custodi me dñe de manu pctõris: ⁊ ab hoīb⁹ iniq̄s libera me. ℣. Qui cogitauerũt supplãtare gressus meos: abscõderũt supbi laqueũ michi. ℣. Et funes extẽderũt in laqueum pedib⁹ meis: iuxta iter scãdalũ posuerũt mihi ℣. Dixi dño de⁹ me⁹ es tu: exaudi dñe vocẽ oꝛõis mee. ℣. Dñe dñe virtus salutis mee/ obumbrasti caput meũ in die belli. ℣. Ne tradas me a desiderio meo pctõri: cogitauerũt aduersũ me ne derelinquas me ne vnq̃ exaltentᷣ. ℣. Caput circuit⁹ eoꝝ: laboꝛ labioꝝ ipoꝝ operiet eos. ℣. Verũtamẽ iusti ꝯfitebũtur noī tuo: ⁊ habitabũt recti cũ vultu tuo. Sequatᷣ passio sine Dñs vo. et sine titulo hoc modo incipiẽdo. Iohis. c. 18. A

Egress⁹ est iesus cũ discipulis suis trãs toꝛrẽtẽ cedron vbi erat oꝛtus: in quẽ introiuit ip̃e ⁊ discipuli ei⁹. Sciebat aũt et iudas q̄ tradebat eũ locũ: q2 frequenter iesus cõuenerat illuc cum discipulis suis Iudas ergo cum accepisset cohoꝛtẽ: et a pontificib⁹ ⁊ phariseis ministros: venit illuc cũ laternis et facib⁹ ⁊ armis. Iesus itaq; sciẽs oīa que ventura erãt sup eũ: pcessit et dixit eis. Quẽ queritis? Re-

ſponderunt ei. s. Jeſum nazarenū
c. Dixit eis ieſus. + Ego ſū. c. Sta
bat aūt et iudas q̄ tradebat eū: cū
ipſis Ut ergo dixit eis ego ſū: abie
runt retrorſū/⁊ ceciderūt in terrā
B Iterum ergo interrogauit eos. +
Quē queritis? c. Illi aūt dixerunt
s. Jeſū nazarenū. c. Rn̄dit ieſus +
Dixi vobis: q2 ego ſū. Si ergo me
queritis: ſinite hos abire. c. Ut im
pleret̄ ſermo quē dixit: q2 quos dedi
ſti michi/non perdidi ex eis quēq̄.
Symō ergo petrꝰ/ h̄ns gladiū edu
xit eū: et pcuſſit pōtificis ſeruū: et
abſcidit auriculā eiꝰ dextrā. Erat
aūt nomē ſeruo malchꝰ. Dixit er:
go ieſꝰ petro. + Mitte gladiū tuū
in vaginā. Calicē quē dedit michi
pater: non vis vt bibā illum? c. Co
hors ergo et tribunꝰ ⁊ miniſtri iu
deoꝝ cōprehenderūt ieſū: ⁊ ligaue
runt eū/et adduxerunt eū ad annā
primū. Erat ei ſocer cayphe q̄ erat
C pōtifex ānī illiꝰ. Erat aūt cayphas
qui cōſiliū dederat iudeis: q2 expe
dit vnū hoīez mori pro populo. Se
quebatur aūt ieſū ſymon petrꝰ: et
alius diſcipulꝰ. Diſcipulus aūt il:
le erat notꝰ pōtifici: ⁊ introiuit cū
ieſu in atriū pōtificis. Petrus aūt
ſtabat: ad hoſtium foris. Exiuit er
go diſcipulus alius q̄ erat notꝰ pō
tifici: et dixit hoſtiarie/et introdu
xit petrum. Dixit ergo petro ancil
la hoſtiaria. s. Nunquid ⁊ tu ex di
ſcipulis es hoīs iſtiꝰ? c. Dixit ille.
s. Non ſum. c. Stabant aūt ſerui ⁊
miniſtri ad prunas q2 frigꝰ erat: ⁊
calefaciebant ſe. Erat aūt cum eis
D et petrus ſtans: ⁊ calefaciēs ſe. Pō
tifex ergo interrogauit ieſum de di
ſcipulis ſuis: et de doctrina eiꝰ Rn̄
dit ieſus. + Ego palā locutus ſum
mundo. Ego ſemper docui in ſyna
goga: ⁊ in tēplo quo oēs iudei cōue
niūt: ⁊ ī occulto locutꝰ ſum nichil
Quid me interrogas? Interroga
eos q̄ audierūt: q̄d locutus ſum ip
ſis. Ecce hi ſciūt: que dixerim ego.
c. Hec aūt cū dixiſſet: vnus aſſiſtēs
miniſtroꝝ dedit alapam ieſu dicēs
s. Sic reſpondes pontifici? c. Re:
ſpondit ei ieſus. + Si male locutꝰ
ſum: teſtimoniū perhibe de malo.
Si aūt bene: q̄d me cedis? c. Et mi
ſit eum annas ligatum: ad cayphā
pontificē. Erat aūt petrꝰ ſtans: et
calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei. s. E
Nunq̄d ⁊ tu ex diſcipulis eius es?
c. Negauit ille: ⁊ dixit. s. Nō ſū. c.
Dixit ei vnus ex ſeruis pontificis
cognatꝰ eiꝰ cuiꝰ abſcidit petrꝰ au:
riculā. s. Nōne ego te vidi in orto
cum illo? c. Iterū ergo negauit pe:
trus: ⁊ ſtatī gallus cātauit. Addu:
cūt ergo ieſum: a caypha in p̄toriū
Erat aūt mane. Et ipſi nō introie
rūt ī pretorium: vt nō cōtaminarē
tur ſed mādicarēt paſcha. Exiuit
ergo pylatꝰ ad eos foras: ⁊ dixit. s.
Quam accuſationē affertis aduer
ſus hoīem hūc? c. Rn̄derūt et dixe:
runt ei. s. Si non eſſet hic malefa:
ctor: nō tibi tradidiſſemus eum. c.
Dixit ergo eis pylatus. s. Accipite F
eum vos: et ſecūdum legem veſtrā
iudicate eū. c. Dixerunt ergo ei iu
dei. s. Nobis non licet interficere
quēq̄. c. Ut ſermo ieſu īpleret̄ qui
dixit ſignificās qua morte eſſet mo
riturꝰ. Introiuit ergo iterū in p̄to
riū pylatꝰ: ⁊ vocauit ieſum ⁊ dixit
ei. s. Tu es rex iudeoꝝ? c. Rn̄dit
ieſus. + A temetipſo hoc dicis: an
alij tibi dixerunt de me? c. Reſpon
dit pylatꝰ. s. Nūquid ego iudeus
ſum? Gens tua ⁊ pontifices: tradi
derunt te michi. Quid feciſti? c. Re
ſpondit ieſus. + Regnū meum nō
eſt de hoc mundo. Si ex hoc mūdo
eſſet regnū meum: miniſtri mei vti
q̄ decertarent vt non traderer iu:

deis. Nunc aūt regnū meum non est hinc. c. Dixit itaqꝫ ei pylatus. s. Ergo rex es tu? c. Respondit iesus ✝ Tu dicis: qꝛ rex sum ego Ego in hoc natꝰ sum ⁊ ad hoc veni in mūdū: vt testimoniū perhibeā veritati. Oīs ꝙ est ex veritate: audit vocē meam. c. Dixit ei pylatus. s. Quid est veritas? c. Et cū hoc dixisset: iterum exiuit ad iudeos/ ⁊ dixit eis. s. Ego nullā inuenio in eo causam. Est aūt cōsuetudo vobis: vt vnum dimittā vobis ī pascha. Vultis ergo dimittā vobis regem iudeoꝝ? c. Clamauerunt rursum oēs dicētes s. Nō hūc: sed barrabā. c. Erat autē barrabas latro. Joh 19 Tūc ergo apꝑhēdit pylatꝰ iesū: ⁊ flagellauit. Et milites plectētes coronā de spinis imposuerūt capiti eiꝰ: et veste purpurea circūdederūt eū/ ⁊ veniebāt ad eū ⁊ dicebāt. s. Aue rex iudeoꝝ. c. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pylatꝰ foras: ⁊ dixit eis. s. Ecce adduco vobis eū foras: vt cognoscatis qꝛ in eo nullā causā inuenio. c. Exiuit ergo iesꝰ portās spineā coronā: et purpureū vestimētū/ ⁊ dixit eis pylatꝰ. Ecce hō. c. Cū ergo B. vidissent eū pōtifices ⁊ ministri: clamabāt dicētes. s. Crucifige/ crucifige eū. c. Dixit eis pylatus. s. Accipite eum vos: ⁊ crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. c. Responderūt ei iudei. s. Nos legē habemus: et secūdum legem debet mori/ quia filiū dei se fecit. c. Cū ergo audisset pylatus hunc sermonē magis timuit. Et ingressus est pꝛetorium iterum: ⁊ dixit ad iesum. s. Vnde es tu? c. Iesus autem respōsum non dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. s. Michi non loqueris? Nescis qꝛ potestatem habeo crucifigere te: et potestatē habeo dimittere te? c. Respōdit iesus. ✝ Non haberes ptātē aduersū me vllā: nisi tibi datū esset desuꝑ. Propterea ꝙ me tradidit tibi: maius pctm̄ habet. c. Et exinde q̄rebat pylatꝰ dimittere eū. Iudei aūt clamabāt: dicētes. s. Si hūc dimittis: nō es amicꝰ cesaris. Oīs enī ꝙ se regē facit: cōtradicit cesari. c. Pylatꝰ ergo cum audisset C. hos sermones: adduxit foras iesū/ et sedit ꝓ tribunali ī loco ꝙ dicit lichostratos/ hebraice aūt gabatha Erat autem parasceue pasche: hora quasi sexta/ ⁊ dixit iudeis. s. Ecce rex vester. c. Illi aūt clamabant s. Tolle tolle: crucifige eū. c. Dixit eis pylatus. s. Regē vestrū crucifigā? c. Respōderūt pōtifices. s. Nō habemꝰ regē nisi cesarē. c. Tunc ergo tradidit eis illū: vt cruci figeretur. Susceperūt aūt iesū: ⁊ eduxerūt. Et baiulās sibi crucē/ exiuit ī eū ꝙ dr̄ caluarie locū: hebraice aūt golgotha: vbi eū crucifixerunt Et cū eo alios duos hinc ⁊ hic: mediū D. aūt iesū. Scripsit aūt ⁊ titulū pylatꝰ: ⁊ posuit suꝑ crucē. Erat autē scriptū. Iesꝰ nazarenꝰ rex iudeoꝝ. Hūc ergo titulū multi legerunt iudeoꝝ: qꝛ ꝓpe ciuitatē erat locꝰ vbi crucifixꝰ est iesus. Et erat scriptū hebraice grece ⁊ latine. Dicebant ergo pylato pontifices iudeoꝝ. s. Noli scribere rex iudeoꝝ: sꝫ qꝛ ipse dixit rex sū iudeoꝝ. c. R̄ndit pylatus. s. Quod scripsi scripsi. c. Milites ergo cū crucifixissent eū acceperūt vestimēta eiꝰ ⁊ fecerūt quattuor partes vnicuiqꝫ militi partē et tunicā. E. Erat aūt tunica incōsutilis desuꝑ contexta ꝑ totū. Dixerūt ergo adinuicē. s. Non scindamus eā: sꝫ sortiamur de illa cuiꝰ sit c. Vt scriptura impleretur dicēs. Partiti sunt vestimenta mea sibi.

Accedant duo ministri in superpeliciis vnus ad dextrum et alius ad

ſiniſtrū cornu altaris: ⁊ inde duo
lintheamina ammoueant: que ad
hoc ſuper altare fuerant appoſita.
Et in veſtem meā miſerunt ſortem
Et milites quidē hec fecerūt. Sta
bant autem iuxta crucem ieſu ma
ter eius ⁊ ſoror matris eius maria
cleophe: et maria magdalene. Cuz
vidiſſet ergo ieſus matrem ⁊ diſci
pulum ſtantem quem diligebat: di
xit matri ſue. ✠. Mulier: ecce filiꝰ
tuus. ℂ Deinde dixit diſcipulo. ✠.
Ecce mater tua. ℂ. Et ex illa hora:
accepit eam diſcipulus in ſuā. Po
ſtea ſciēs ieſꝰ quia iā omnia ꝯſum
mata ſunt: vt cōſummarē ſcriptu
F ra dixit. ✠. Sitio. ℂ Vas ergo poſi
tum erat: aceto plenum. Illi autez
ſpōgiā plenā aceto: yſopo circūpo
nentes obtulerūt ori eius. Cum er
go accepiſſet ieſus acetum dixit. ✠
Cōſummatū eſt. ℂ Et inclinato ca
pite tradidit ſpiritum. Sequatur.
Pater noſter. Aue ma. In manus.
ℂ Iudei ergo qm̄ paraſceue erat vt
nō remanerēt in cruce corpora ſab
bato (erat eni magnꝰ dies ille ſab
bati) rogauerunt pylatum vt fran
gerentur eorū crura/ ⁊ tollerentur
Venerunt ergo milites: ⁊ primi q̄
dem fregerūt crura/ ⁊ alterius qui
crucifixus eſt cū eo. Ad ieſum autē
cum veniſſent vt viderūt eum iam
mortuū nō fregerūt eius crura ſed
vnus militū lācea latꝰ eiꝰ aperuit:
⁊ ꝯtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua Et
G qui vidit teſtimoniū ꝑhibuit: ⁊ verū
eſt teſtimoniū eius Et ille ſcit quia
vera dicit: vt et vos credatis. Factā
ſunt eni hec: vt ſcriptura impleret
Os nō cōminuetis ex eo. Et iteruz
alia ſcriptura dicit. Videbunt in
quem tranſfixerunt. Euangelium
POſt hec autē rogauit pylatū
ioſeph ab arimathia/ eo ꝙ eſ
ſet diſcipulus ieſu: occultus autez
propter metum iudeorū: vt tolleret
corpus ieſu. Et ꝑmiſit pylatꝰ. Ve
nit ergo: ⁊ tulit corpus ieſu Venit
autem et nichodemus qui venerat
ad ieſum nocte primū: ferens mix
turā mirre ⁊ aloes quaſi libras cē
tum. Acceperunt ergo corpus ieſu
et ligauerūt eū lintheis cū aroma
tibus: ſicut mos iudeis eſt ſepelire
Erat autem in loco vbi crucifixus
eſt ortus: ⁊ ī orto monumentū no
uum/ in quo nundū quiſq̄ poſitus
fuerat. Ibi ergo ꝓpter paraſceuē
iudeorū: quia iuxta erat monumen
tū: poſuerūt ieſum. Sequitur ora
tiones ſolēnes ⁊ ad vnāquāq̄ illa
rū dicitur Flectamꝰ genua leuate.
niſi ad eā que orat pro iudeis. Or.

OReMus dilectiſſimi nobis in
primis pro eccleſia ſancta dei
vt eā deꝰ et dominꝰ noſter pacifica
re et cuſtodire dignetur toto orbe
terrarum ſubiiciens ei principatꝰ
et poteſtates: detq̄ nobis quietam
et tranquillam vitam degentibus
glorificare deum patrem omnipo
tentem. Deinde dicat ſacerd̄ Ore
mus. Deinde dicat dyaconus. Fle
ctamus genua. Leuate. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus
qui gloriā tuā oībꝰ in xp̄o gē
tibꝰ reuelaſti: cuſtodi q̄s opa mie
tue: vt eccleſia tua toto orbe diffu
ſa/ ſtabili fide in confeſſiōe tui no
minis perſeueret. Per eundē domi
nū. Chorꝰ rn̄deat Amen. Et oēs
orōnes finiātur ſub tono ꝑdicto. Or.

OReMus et pro beatiſſimo pa
pa noſtro N. vt deꝰ et dn̄s no
ſter qui elegit eum ī ordine epiſco
patus ſanum atq̄ incolumē cuſto
diat eccleſie ſue ſancte ad regendū
populum ſanctum dei. Oremus.
Flectamus genua. Leuate. Oro.

OMnipotēs ſempiterne deꝰ cu
ius iudicio vniuerſa fundant

reſpice ꝓpiciꝰ ad preces noſtras et electū nobis antiſtitē tua pietate ꝯſerua: vt xp̄iana plebsque tali gubernatur auctore ſub tanto pontifice credulitatis ſue meritis augeatur. Per dominum noſtrum. Or.

Oremus et pro omnibus epiſcopis/preſbyteris/dyaconibus/ſubdyaconibus/accolitis: exorciſtis/lectoribus/hoſtiariis/cōfeſſoribus/virginibus/viduis/et pro oī populo ſancto dei. Oremus Flectamus genua Leuate. Oratio

Omnipotēs ſempiterne deus cuiꝰ ſpiritū totū corpꝰ eccleſie ſanctificatur et regitur: exaudi nos ꝓ vniuerſis ordinibus ſupplicātes vt gratie tue munere/ab oībus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per dñm. in vnita. eiuſdē. Or.

Oremus et pro chriſtianiſſimo rege noſtro. N. vt deus ⁊ dominus noſter ſubditas illi faciat omnes barbaras natiōes ad noſtram perpetuam pacē. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Omnipotēs ſempiterne deꝰ: ī cuiꝰ manu ſunt oīm poteſtates et oīa iura regnorū: reſpice ad xp̄ianorū benignꝰ imperiū vt gentes q̄ in ſua feritate ꝯfidūt: potentie tue dextera cōprimant. Per dñm. Or.

Oremus ⁊ ꝓ cathecuminis noſtris: vt deus ⁊ dominus noſter adaperiat aures precordiorꝫ ipſorū ianuāq; mīe vt ꝑ lauachrum regenerationis accepta remiſſiōe oīm pctōrum et ipſi digni inueniātur in xp̄o ieſu dño noſtro. Oremꝰ Flectamus genua. Leuate. Oro.

Omnipotēs ſempiterne deꝰ: qui eccleſiā tuam noua ſemper prole fecundas: auge fidē et intellectū cathecuminis noſtrꝫ: vt renati fonte baptiſmatis adoptionis tue filiis aggregentur. Per dñm. Oro.

Oremus dilectiſſimi deum patrem omnipotentem: vt cunctis mundū purget erroribus morbos auferat/famem repellat/aperiat carceres: vincula diſſoluat peregrinantibus reditū/infirmantibus ſanitatem/nauigantibus portum ſalutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Omnipotēs ſēpiterne deꝰ meſtorū cōſolatio/laborātiū fortitudo: perueniāt ad te p̄ces de quacūq; tribulatiōe clamātiū: vt oēs ſibi ī neceſſitatibus ſuis mīam tuam gaudeant affuiſſe. Per dñm. Oratio.

Oremꝰ et pro hereticis ⁊ ſciſmaticis vt deꝰ ⁊ dñs noſter ieſus chriſtus eruat eos ab erroribꝰ vniuerſis: et ad ſanctam matrem eccleſiam catholicam et apoſtolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamꝰ genua leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus qui ſaluas oīs homines/et neminem vis perire: reſpice ad animas dyabolica fraude deceptas vt omni heretica prauitate depoſita: errantium corda reſipiſcant: et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dominum noſtrum. Oratio.

Oremus et ꝓ perfidis iudeis/vt deꝰ et dominus noſter auferat velamen de cordibus eorum: vt et ipſi agnoſcāt ieſum chriſtum dominum noſtrū. Oremꝰ. Hic nō dicitur Flectamus geñ. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deꝰ: qui etiam iudaicam perfidiam a tua miſericordia nō repellis: exaudi preces noſtras quas pro illius populi obcecatione deferimꝰ: vt agnita veritatis tue luce: q̄ chriſtus eſt/a ſuis tenebris eruatur. Per eundem dominum. Oratio.

Oremus et pro paganis vt deus omnipotens auferat iniq tatē de cordib⁹ eoꝝ: vt relictꝭ ydolis ſuis ꝯuertant̄ ad deū viuū ⁊ verū: et vnicū filiū eius ieſū chriſtū deum et dn̄m noſtrum cum quo viuit et regnat deus cum ſpiritu ſancto. Per omnia ſecula ſeculorum.

Oremus. Flectamus gen̄. Oratio

Om̄ps ſempiterne de⁹/ q̄ non vis mortem peccatoꝝ ſed vitam ſemꝑ inquiris: ſuſcipe ꝓpicius orationē noſtram: et libera eos ab ydoloꝝ cultura: et aggrega eccleſie tue ſancte ad laudem et gloriam nominis tui. Per dominum.

Finitis orōnibus exuat ſacerd. caſulā ⁊ in ſede ſua iuxta altare ſe reponat cum dyacono ⁊ ſubdyacono et interim alij duo pbr̄i de ſuperiori gradu nudatis pedibus albis induti abſq; paruris tenentes crucē coopertā ſuper brachia ſolenniter inter eos retro magnum altare in dextra parte canant hos v̄. **Popule meus quid.** Duo dyaconi de ſecūda forma in cappis ſuis nigris ad grad. chori ad altare ꝯuerſi dicant **Agyos.** Chor⁹ r̄ndeat cum genuflexione oſculādo formulas tribus vicib⁹ in vna r̄nſione vnaquaq; vice reſurgēdo. **Sctūs de⁹.** Sacerdotes vero tenētes crucē retro altare et dyaconi ad gradū chori di. **Agyos** ſꝑ ſint ſtantes. Itē ſacerd. loco non mutato di. v̄. **Qꝛ eduxi.** Dyaconi **Agyos.** chor⁹. **Sctūs deus.** Itē ſacerd. loco non mutato di. v̄. **Quid vltra.** Dyaco. **Agyos.** cho. **Sctūs de⁹.** Deinde ſacerd. diſcooperiētes crucē iuxta altare i dextera ꝑte canāt hāc. ā. **Ecce lignū.** Chorus cū genuflexione oſculando formulas r̄ndeat ā. **Crucē tuā.** ps. **De⁹ miſereatur.** tot⁹ ps. dr̄ ſine **Gl'a p.** a toto choro: ⁊ poſt vnūquēq; v̄. repetatur ā. ſic a toto cho. cū genuflexiōe: ⁊ iteꝝ deponat̄ crux ſolēniter ſuꝑ tertiū gradum ab altari iuxta quā ſedebāt ꝑdicti ſacer. vn⁹ a dextris et alius a ſiniſtris. Deinde ꝓcedant clerici ad crucē adorandā nudatis pedibus incipiētes a maiorib⁹. Finito ps. cū ā. cantetur ſeq̄ns v⁹: a duob⁹ ſacerd. īterim ſedētib⁹ iuxta crucem modo ſupradicto. **Hymn⁹ Crux fidelis.** Chorus eundē repetat poſt vnūquēq; v̄ iterū ſedēdo. Itē ſacerd. dic. v̄ **Pange lingua.** v̄ **De parētꝭ.** v̄. **Hoc op⁹.** v̄. **Quādo venit.** v̄. **Luſtra ſex.** v̄. **Hic acet.** v̄. **Gloria et honor.** Quibus finitꝭ deportet̄ crux per mediū chori a predictꝭ duobus ſacerd. vbi a ꝑplo adoret̄ an̄ aliqd̄ altare: ⁊ interim canet̄ hec ſequens añ. in choro cū ſuo v̄. a toto choro interim ſedēte. Cātore incipiēte ā. **Dum fabricator.** v̄. **O admirabile ꝑcio.** Adorata cruce ⁊ finita ā. ꝑdicta cū ſuo v̄. ꝑdicti ſacerd. ea reuerētia qua crucē ātea exportauerūt ꝑ mediū chori vſq; ad ſummū altare iteꝝ reportēt. Hic ꝯueniāt oēs clerici de choro ad altare: et reinduat ſacerd. caſulā quā prius exuerat: ⁊ accedat ad gradū altaris cū dyacono ⁊ ſubdya. ⁊ di. **Cōfiteor.** ⁊ **Miſereat̄.** ⁊ **Abſolutionē.** cū pcib⁹ ⁊ orōnib⁹. **Aufer a nobis dn̄e.** more ſolito: tn̄ hic nō det̄ oſculū pacis. Deinde ſacrificio ſuꝑ altare more ſolito depoſito ⁊ incēſato cū aq̄ ⁊ vini infuſione in calicem ſcꝫ poſt ablutionē manuū dicat cū humiliatione corā altari. **In ſpiritu humilitatꝭ** oſculādo altare ⁊ bn̄dicēdo ſacrificium ⁊ vtat ſe di. **Orate fr̄es.** more ſolito. Poſtea dicat ſtatim humili voce ſ'n nota. **Orem⁹.** Preceptꝭ ſa. cū orōne dn̄ica. ⁊ **Pr̄ nr̄.** ch. r̄ndeat **Sed libera nos.** Deinde dicat **Libera nos q̄s.** ⁊. **Da ꝓpici⁹.** In qua orōne cū dr̄. **Per eūd.** Frāgat corpus dn̄i ſicut ſolet fieri ceteris die bus. Deīde dicat modeſta voce. vȝ ſine nota **Per oīa ſcl'a ſcloꝝ.** Chor⁹ rn̄deat **Amē.** Poſtea dimittat ī calicē ſicut ſolet partē hoſtie. Nō dr̄ **Pax dn̄i.** nec **Agn⁹ dei.** nec pax det: ſed ſtatim cōicet ſe ſacerd. dicendo **Corp⁹ dn̄i.** ⁊c. Ad corp⁹ ⁊ ſanguinē **Corp⁹ ⁊ ſanguis.** nulla precedente oꝛōne. Deīde poſt lotionē manuū dicāt veſ. non cātādo: ſed bini ⁊ bini priuati corā altari hoc modo. aā. **Calicem.** ps. **Credidi.** et cetere aē. cum ſuis ps. ſicut in die cene. aān. **Tenētibus.** ps. **Magnificat.** Deinde ſtando dr̄ **Pater noſter.** cum ps. **Miſerere.** Quo finito dicat ſacerd. in audientia ſȝ ſine nota poſtcō. ſīn **Dn̄s vobiſcū.** ⁊ ſine **Oꝛemus** Hoc modo incipiēs **Reſpice queſumus domine ſuper hanc familiam.** ſine **Qui tecū.** ⁊ ſic miſſa ⁊ veſpe ſimul finiāt. nō dr̄ **Dn̄s vo.** nec **Bn̄dicamus d.** nec **Ite miſſa ē.** Finitis veſperis exuat ſacerd. caſulam ⁊ aſſumēs ſecū vnū de p̄latꝭ in ſuperpelliciis amboꝝ pedibus nudatis reponat crucē ī ſepulchrum pariter cū corpoꝛe dn̄ico ſcilicet in pixide īcipiens ipſe ſolus. R̷. **Eſtimat⁹ ſum** genuflectēdo: cū ſuo ſocio: quo incepto ſtatim ſurgant: ſic fiat ī R̷. **Sepultꝰ do.** Choꝛ⁹ pſequat cū ſuo v̄. genuflectēdo ɔtinue vſq; in finē ſeruitij. Deinde incēſato ſepulchꝛo et clauſo oſtio īcipiat idē ſacer. R̷. **Sepulto.** Choꝛus cantet cū ſuo v̄. Ad iſtas tres aās. genuflectēt p̄dicti ſacerd. ɔtinue. ſacerdos īcipiat. aān. **In pace.** Choꝛus proſequatur. **In idipſum.** Ite ſacerd. aā. **In pace factus eſt.** cho. pſequatur **Loc⁹ ei⁹.** Ite ſacer. aā. **Caro mea.** ch. pſequat **req̄eſcet in ſpe.** His finitis ⁊ dictis oꝛōnibus ad placitū ſecrete ab oīb⁹ cū genuflexiōe: oīb⁹ aliis ad libitū recedētib⁹ oꝛdine nō ſeruato reinduat ſacerdos caſulā ⁊ eodē oꝛdine quo acceſſit in principio ſecutꝭ cū dyacono ⁊ ſubd. ⁊ ceteris miſtris altaris abſcedat. Exinde ardebit continue vnus cereus ad minus ante ſepulchꝛū vſq; ad pceſſionē que fit in reſurrectione dn̄ica in die paſche/ ita tamen q̄ dum ps. **Benedictus.** canit et cetera q̄ ſequūtur in ſequēti nocte extinguat. Sic extiguatur in vig. paſc. cū bn̄dicit nou⁹ ignis vſq; dū accendatur cereus paſchal' xxxvi. pedes ɔtinēs in lōgitudine.

¶ Sabbō ſctō ī vigilia paſche primo fiat bn̄dictio ignis ab executore officij induto veſtib⁹ ſacerdotalibus cū cappa ſerica/ dyacon⁹ dalmatica et ſubdyaconus tunica induant cū ceteris miniſtris altaris albꝭ cū amictib⁹ iduti ſine luīe: cū cereis ⁊ ſine cruce ⁊ ſine igne ī thuribulo. Quidā etiā de p̄ma foꝛma ſuppellicijs cereū extictū ſup haſtā quādā deferēs ⁊ pceſſionē p̄cedens poſt poꝛtitoꝛē aq̄ bn̄dicte p medium choꝛi ad nouū ignē bn̄dicēdū pceſſionaliter eat choꝛo ſequente habitu non mutato ad colūnā ex parte auſtrali iuxta fontē vbi ſacerd. executoꝛ officij ignem bn̄dicat qui accēdat ibidē ſcȝ ī medio īter duas colūnas. In eūdo vo dr̄ iſte pſalmus **Dn̄s illuminatio.** ſine nota et ſine **Gloꝛia patri.** Hoc modo fiat ſtatio ad ignem: ſacerd. iuxta ignem ſtet ad oꝛientem conuerſus: ⁊ ad ſiniſtrum eius ſtet dyaconus: ſubd. vero ad ſiniſtrum dyaconi. Ceroferarius vnus ſtet ſacerd. oppoſitus ad dexterā ceroferarij puer tenens libꝛū proximioꝛ ſacerd. Alius autē ceroferarius ſtet retro ſacerdo. ad dexterā eiuſdē ceroferarij ſtet poꝛtitoꝛ aque primioꝛ ſacerd. ⁊ vltimo loco retro oēs a parte occi. ſtet poꝛtitoꝛ haſte cum cereo. Et ex parte ignis auſtrali ſtet thuribulariꝰ ad accipiendum ignem in thuribulo poſt benedictionem. Omnibꝰ iſtis miniſtris ad ſacerdotem conuerſis interi choro circũſtante vel parte boꝛeali. Sequatur bñdictio ignis ſolenniter a ſacerdote ita dicente

Dñs vobiſcum. Et **Oremꝰ.** Oratio

Domine deus noſter pater omnipotens/ lumẽ indeficiẽs conditoꝛ omniũ luminũ exaudi nos famulos tuos: et bñ✠dic hũc ignẽ ꝗ tua ſanctificatione ⁊ bñdictiõe cõſecratur: tu illuminãs oẽm hoĩem veniẽtẽ ĩ hũc mundũ: illumina cõſciẽtias cordꝭ noſtri igne tue caritatꝭ vt tuo igne igniti/ tuo lumĩe illuminati/ expulſis a coꝛdibus nr̃is pctõꝝ tenebris ad vitã te illuſtrãte ꝑuenire mereamur eternã: ⁊ ſicut illumĩaſti ignẽ moyſi famlo tuo ꝑ columnã ignis ambulãtem in mari rubꝛo: ita illuſtra noſtrum lumẽ et cãdela que de eo fuerit accẽſa in honoꝛe maieſtatis tue ſemꝑ ꝑſeueret bñdicta: ⁊ q̃cunq; lumẽ ex eo poꝛtauerit/ ſit illuminatꝰ lumĩe grẽ ſpũalis. Ꝑ. do.

Et oẽs oꝛões dñr cum **Oremus.** ſub tono lctõnis Hic aſpgat aqua benedicta ſuper ignem deinde dicit

Dominus vobiſcum. Oremus. Or.

Domĩe ſancte pater omnipotens eterne deꝰ: bene✠dicere et ſcti✠ficare digneris iſtũ ignẽ quẽ nos indigni ꝑ inuocationẽ vnigẽiti filij tui dñi noſtri ieſu xp̃i bene✠dicere ꝓſumimus: tu clementiſſime pr̃ eum tua bene✠dictione ſctifica: ⁊ ad ꝓfectũ humani generis ꝑuenire ꝯcedas. Per eũ. Orō.

Celeſti lumĩe q̃s domĩe ſemꝑ hic ⁊ vbiq; nos ꝑueni vt myſterium cuius nos participes eſſe voluiſti: et puro cernamus ĩtuitu et digno percipiamus effectu. Per dominum. Sequatur bñdictio thimiamatis ſiue incẽſi hoc modo. ✠

Exoꝛciſo te immundiſſime ſpiritus ⁊ omne fantaſma inimici in noĩe dei patris oĩpotẽtis/ ⁊ in nomine ieſu xp̃i filij eius: ⁊ in virtute ſpiritusſcti vt exeas ⁊ recedas ab hac creatura thimiamatis ſiue incẽſi cũ omni fallacia atq; neq̃tia tua: vt ſit hec creatura ſcti✠ficata ĩ noĩe eiuſdẽ dñi nr̃i ieſu chriſti vt oẽs geſtãtes/ tãgẽtes ſiue odoꝛãtes eam virtutẽ et auxiliũ percipiãt ſancti ſpũs: ita vt vbicũq; hoc incenſum vel thimiama fuerit: ibi nullatenus appꝛopĩquare audeas nec aduerſa inferre ꝓſumas: ſꝫ quicunq; ſpũs immũde es cũ oĩ verſutia tua ꝓcul inde fugias atq; diſcedas adiuratus ꝑ nomen et virtutẽ dei patris omnipotẽtis ⁊ filij eiuſdẽ dñi nr̃i ieſu xp̃i qui vẽturꝰ eſt in ſpũ ſancto iudicare viuos ⁊ moꝛtuos et te pꝛeuaricatoꝛẽ et ſeculũ per ignẽ. Reſpondetur Amen. Oratio.

Eternã ac iuſtiſſimã pietatẽ tuã deprecamur dñe ſctẽ pat oĩps eterne deus: vt bñ✠dicere et ſcti✠ficare digneris hanc thimiamatis vel incenſi ſpeciem: vt ſit incenſũ maieſtati tue in odoꝛẽ ſuauitatꝭ acceptũ: ſit a te hec ſpecies bene✠dicta: ſit ꝑ inuocationẽ ſãcti nominis tui ſcti✠ficata: ita vt vbicũq; fumus eius ꝑuenerit: extricẽt et effugẽt oẽ genꝰ demonioꝝ ſicut incẽſum iecoꝛis piſcis quẽ raphael archangelus thobiã famulum tuũ docuit cum aſcendit ad ſare liberationẽ. Per chꝛiſtũ. **Oremus.** Or.

Deſcendat bene✠dictio tua dñe ſuꝑ hãc ſpeciẽ incenſi et thimiamatis ſicut ĩ illo de quo dauid ꝓpheta tuꝰ cecinit dicẽs. Dirigatur oꝛõ mea ſicut incẽſũ in ꝯſpectu tuo: ſit nobis odoꝛ cõſolatiõis ſuauitatis ꝛ gratie: vt fumo iſto effuget oẽ fantaſma inimici/ mentiſ ꝛ corporꝫ: vt ſimꝰ pauli apli voce bonus odor deo: effugiat a facie incẽſi huiꝰ ſiue thimiamatꝫ oẽs demonũ incurſus ſicut puluis a facie vẽti: ꝛ ſicut fumꝰ a facie ignis: ꝛ p̄ſta hoc piiſſime pr̄ boni odoris incẽſũ ad opꝰ eccleſie tue ob cauſã religionis iugiter ꝑmanere vt myſtica nobis ſignificatione ſpūaliũ virtutũ fragrans odor oſtendat ſuauitatẽ: tu ergo q̄s oṕs deꝰ imẽſa maieſtatis tue dextera hãc creaturã bñ ✠ dicere ex diuerſaꝝ reꝝ ꝯmixtiõe cõfectam dignare: vt i virtute ſancti nōis tui oẽs inſidiaꝝ ſpirituũ fantaſticos incurſꝰ effugare: omneſq; morbos reddita ſanitate expellere vbicunq; fumus aromatum eius afflauerit mirabiliter poſſit: atq; i odore fragrãtiſſimo tibi perpetua ſuauitate redolere. Per dominum

¶ Poſtea accẽdat ſolus cereꝰ ſup haſtam de nouo igne ceterꝫ luminaribꝰ eccleſie priꝰ extinctis. Poſt bñdictionez incenſi impleat thuribulũ de carbonibꝰ cũ īcenſo ꝛ īcendat nouus ignis. Deīde redeat ꝓceſſio more ſolito in choꝝ. In redeundo aũt .ij. clerici de ſcḋa forma in ſuppellicijs cantant. **Inuentor rutili.** Chorꝰ idem repetat poſt vnūquemq; vſũ. Deinde ſequatur bñdictio cerei paſchal' ab ipo dyacono induto ad proceſſionem ad borealem conuerſo ad gradum preſbiterij ceroferarijs dyacono aſſiſtẽtibus vno a dextris/ reliquo a ſiniſtris ad eum cõuerſis/ cereis extinctis/ ſubdyaconus vero ſtet ei oppoſitus: iuxta quem ſtet portitor haſte eodem modo conuerſus: poſt dyaconum ſtet thuribularius dyacono canente.

Exultet iam ãgelica turba celorum/ exultẽt diuina myſteria/ ꝛ pro tanti regis victoria/ tuba īſonet ſalutarꝫ. Gaudeat ſe tellus tãtis irradiata fulgoribꝰ/ et eterni regis ſplendore illuſtrata totius orbis ſe ſentiat amiſiſſe caliginẽ. Letetur et mater eccleſia tãti luminis adornata fulgoribꝰ / et magnis populorum vocibꝰ hec aula reſultet. Quapropter aſtantibꝰ vobis fratres chariſſimi ad tã miram ſancti luminis claritatẽ/ vna mecum queſo dei oīpotẽtis miam īuocate. Vt q̄ me non meis meritis intra leuitaꝝ nũeꝝ aggregare dignatꝰ eſt: luīs ſui gr̄a īfũdẽte cerei huiꝰ laudẽ īplere ꝑficiat. Per dñz nr̄m ieſũ xp̄m filiũ tuũ q̄ tecũ viuit et regnat deꝰ i vnitate ſpūſſancti. Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amẽ. Dñs vobiſcum. Et cum ſpū tuo. Surſũ corda. Habemꝰ ad dominum. Gratias agamꝰ dño deo noſtro. Dignum ꝛ iuſtum eſt. Vere q2 dignũ ꝛ iuſtũ eſt inuiſibilem deum oīpotentẽ patrẽ filiumq; eiꝰ vnigenitum dñm nr̄m ieſum xp̄m cum ſancto ſpū toto cordis ac mẽtis affectu ꝛ vocis miniſterio ꝑſonare. Qui pro nobis eterno patri ade debitum ſoluit: et veteris piaculi cautionem pio cruore deterſit. Hec ſunt enī feſta paſchalia ī q̄bꝰ verus ille agnus occiditur/ eiuſq; ſanguine poſtes conſecrãtur. Hec nox eſt in qua p̄mũ patres nr̄os filios iſrael eductos de egypto rubꝝ mare ſicco veſtigio tranſire feciſti. Hec igitur nox eſt q̄ peccatoꝝ tenebras colũne illuminatione purgauit. Hec nox ẽ q̄ hodie ꝑ vniuerſuz mundũ in xp̄o credẽtes a vitijs ſeculi ſegregatos ꝛ caligine peccatorũ reddit gratie/ ſociat ſanctitati. Hec nox eſt in qua deſtructis vinculis mortis xp̄s ab inferis victor aſcendit. Nichil enim nobis naſci ꝓfuit: niſi redimi ꝓfuiſſet. O mira circa nos tue pietatis dignatio. O ineſtimabilis dilectio charitatꝫ vt ſeruum redimeres filium tradidiſti. O certe neceſſariuꝫ ade pctm̄ ⁊ noſtrum quod chriſti morte deletum eſt. O felix culpa que talem ac tantum meruit habere redēptorē. O certe beata nox que ſola meruit ſcire tp̄s ⁊ horā ī qua xp̄s ab inferꝫ reſurrexit. Hec nox eſt de qua ſcriptum eſt: et nox vt dies illumīabitur: ⁊ nox illumīatio mea ī deliciis meis. Huiꝰ igitur ſctificatio noctꝫ fugat ſcelera/ culpas lauat: ⁊ reddit inocētiā lapſis/ ⁊ meſtis leticiam/ fugat odia/ cōcordiā parat/ ⁊ curuat īperia. In huiꝰ ergo noctꝫ grā ſuſcipe ſācte pat. Hic ponatur incēſum a dyaco. in cereū vel in cādelabrum in modum crucis: ſiſtat paratum cereuꝫ portitore accēdēte. incenſi huius ſacrificiū veſptinū. Quod tibi ī hac cerei oblatione ſolēni per miniſtrorū manꝰ de opibꝰ apum ſacroſctā reddit eccl'ia. Sed iam colūne huiꝰ ꝓconia nouimus quam ī honorē dei rutilans ignis accēdit. Hic accēdatꝰ cereus de nouo igne/ nec extinguatur vſqꝫ poſt cōple. diei ſequētis. Et ardebit cereus paſchal' cōtinue ꝑ ebdō. paſ. ad mat. miſſam ⁊ vſ ſilr fiat ī oc. paſ. Oībꝰ dñicꝫ ab oc. paſ. vſqꝫ ad aſcē. dñi: ad miſ. tm̄ accēdatur etiā in fe. ſancti marci euāg. apl'oꝝ philip. et ia. ad miſ. tātum in ānūciat. b. ma. et ī īuētiōe ſctē crucꝫ ſicut ī oc. paſ. accēdatur. Hic ceroferarii cereos ſuos accendāt ꝑ eccleſiā. Qui licet diuiſus ī partes mutuati luminis detrimēta nō nouit. Alitur liquātibus ceris: quas in ſubſtātia ꝓcioſe huiꝰ lampadis apis mater eduxit. O beata nox q̄ expoliauit egyptios: ditauit hebreos. Nox ī qua terrenis celeſtia iungūtur. Oramꝰ te dñe vt cereꝰ iſte in honorē nōis tui ꝯſecratꝰ ad noctis huius caliginē deſtruēdā indeficiēs ꝑſeueret. In odorē ſuauitatis acceptus ſupnis luīaribꝰ miſceat. Flāmas eiꝰ lucifer matutinꝰ inueniat. Ille inq̄ lucifer q̄ neſcit occaſū. Ille q̄ egreſſꝰ ab inferis hūano generi ſerenꝰ illuxit. Precamur ergo te dñe vt nos famulos tuos omnē clerum et deuotiſſimū populū vna cū patre noſtro papa N. atqꝫ rege nr̄o N. necnō ⁊ ep̄o nr̄o N. q̄ete tēporꝫ ꝯceſſa in his paſchalibus gaudijs ꝯſeruare digneris. Qui ſemꝑ viuis/ regnas/ īperas/ necnō gloriaris ſolus deus altiſſimus ieſu xp̄e cū ſancto ſpiritu in gloria dei pr̄is. Amē.

Debet aūt cādelabrum cum cereo paſ. amoueri fe. vi. poſt aſcen. dñi. Poſtea legant lectōes ſine titulis a dignioribus perſonis ad gradum chori. ¶ Lectio prima. Geneſis.

IN ꝑncipio creauit deus celū et terrā. Terra aūt erat inanis et vacua: et tenebre erāt ſuper faciem abyſſi: ⁊ ſpūs dñi ferebatur ſuper aquas. Dixitqꝫ deꝰ. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit deꝰ lucem q̄ eſſet bona: et diuiſit lucē a tenebris. Appellauitqꝫ lucem diē: et tenebras noctē. Factūqꝫ eſt veſpere et mane: dies vnꝰ. Dixit quoqꝫ deꝰ. Fiat firmamētū in medio aquarū et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentū: diuiſitqꝫ aquas q̄ erant ſub firmamēto: ab his que erāt ſuꝑ firmamētum. Et factū eſt ita. Vocauitqꝫ deus firmamētum celum. Et factum eſt veſpe ⁊ mane dies ſecūdus. Dixit vero deus. Congregētur aque q̄ ſub celo ſunt in locum vnum: et appareat arida. Factumqꝫ eſt ita. Et vocauit deꝰ aridā terrā/ cōgregationeſqꝫ aquarū appellauit maria. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum: et ait. Germinet terra herbā virētē ⁊ facientē ſemē: et lignum pomiferū faciēs fructū iuxta genus ſuum / cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuꝑ terram. Et factum B eſt ita. Et ꝓtulit terra herbā virentē ⁊ afferentē ſemē iuxta genꝰ ſuū: lignumqꝫ faciēs fructum ⁊ habēs vnūqđqꝫ ſementē ſcđm ſpeciē ſuā. Et vidit deus ꝙ eſſet bonū: factūqꝫ eſt veſꝑe et mane dies tertius. Dixit autem deus. Fiāt luminaria in firmamento celi: et diuidant diem ac noctem / et ſint in ſigna et tꝑa ⁊ dies et annos vt luceant in firmamēto celi et illuminēt terrā. Et factum eſt ita. Fecitqꝫ deꝰ duo luminaria magna. Luminare maius vt p̄eeſſet diei: ⁊ luminare minus vt p̄eeſſet nocti. Et ſtellas Et poſuit eas in firmamento celi: vt lucerēt ſuper terrā et p̄eeſſent diei ac nocti / ⁊ diuiderēt lucem ac tenebras Et vidit deus ꝙ eſſet bonum: et factū eſt veſpere ⁊ mane / dies quartus. C Dixit etiam deus. Producant aque reptile anime viuentis: et volatile ſuper terram ſub firmamento celi. Creauitqꝫ deus cete grādia et omnē aīam viuētē atqꝫ motabilē quā produxerāt aque in ſpecies ſuas / et omne volatile ſcđm genꝰ ſuum. Et vidit deus ꝙ eſſet bonū / et bñdixit eis dicēs. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete aquas mariꝫ auesqꝫ multiplicentur ſuper terrā. Et factum eſt veſpere ⁊ mane dies quintus. Dixit quoqꝫ deꝰ. Producat terra animam viuentem in genere ſuo: iumenta ⁊ reptilia et beſtias terre ſcđm ſpecies ſuas. Factūqꝫ eſt ita. Et fecit deus beſtias terre iuxta ſpecies ſuas: et iumēta et omne reptile terre in genere ſuo Et vidit deꝰ ꝙ eſſet bonum: et ait. Faciamꝰ hominem ad ymaginem D et ſimilitudinē noſtrā / ⁊ p̄ſit piſcibꝰ maris ⁊ volatilibꝰ celi / ⁊ beſtijs vniuerſeqꝫ terre / omniqꝫ reptili quod mouetur in terra Et creauit deꝰ hominē ad ymaginem ⁊ ſimilitudinē ſuā: ad ymaginem dei creauit illum maſculum ⁊ feminā creauit eos. Benedixitqꝫ illis deꝰ: ⁊ ait Creſcite ⁊ multiplicamini et replete terram ⁊ ſubijcite eam: ⁊ dominamini piſcibꝰ maris ⁊ volatilibꝰ celi / et vniuerſis animantibꝰ que mouentur ſuper terrā. Dixitqꝫ deꝰ Ecce dedi vobis omnē herbā afferentē ſemē ſuper terrā: et vniuerſa ligna que habent in ſemetipſis ſementem generis ſui / vt ſint vobis in eſcā et cūctis animātibꝰ terre / omniqꝫ volucri celi / ⁊ vniuerſis q̄ mouentur ī terra ⁊ in quibꝰ eſt aīa viuēs / vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditqꝫ deꝰ cuncta que fecerat: ⁊ erāt valde bona. Et factum eſt veſpere ⁊ mane: dies ſextus. Igiť ꝑfecti ſunt celi ⁊ tr̄a ⁊ omnis ornatus eorum Compleuit geñ. 2. A. qꝫ deꝰ die ſeptimo opꝰ ſuum quod fecerat et requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere ſuo / quod patrarat.

Omnes orationes ſine Dominus vobiſcum. ⁊ ſine Flectamꝰ. dicuntur: ſed tantum cum Oremus. Or

DEus qui mirabiliter creaſti hominem ⁊ mirabilius redemiſti / da nobꝫ queſumꝰ cōtra oblectamēta peccati mētis ratiōe perſiſtere / vt mereamur ad gaudia et̄na ꝑuenire. P. ¶ Lectio. ii. Exodi.

FActum eſt in vigilia matutina: et ecce reſpiciens dñs c. 14 F ſuper caſtra egyptiorum ꝑ columnā ignis ⁊ nubis interfecit exercituꝫ eorum: ⁊ ſubuertit rotas curruum ferebantqꝫ ī profundum. Dixerūt ergo egyptij Fugiamꝰ iſraelē: dñs enim pugnat ꝓ eis contra nos. Et ait dñs ad moyſen. Extende manū tuā ſuper mare et reuertātur aque ad egyptios ſuper currus et equites eoꝝ. Cumqꝫ extēdiſſet moyſes manū cōtra mare: reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locum Fugientibuſqꝫ egyptiis occurrerūt aque: ⁊ inuoluit eos dñs ī mediis fluctibus. Reuerſeqꝫ ſunt aq̄: ⁊ operu- G. erūt currus ⁊ eq̄tes cuncti exercitꝰ pharaonis/ q̄ ſequētes ingreſſi fuerāt mare/ nec vnꝰ quidē ſupfuit ex eis. Filii autē iſrael perrexerunt per mediū ſicci maris: ⁊ aque eis erant quaſi ꝓ muro a dextris ⁊ a ſiniſtrꝭ. Liberauitqꝫ dñs in die illa iſrael de manu egyptioꝝ: et viderūt egyptios mortuos ſup littus maris ⁊ manū magnā quā exercuerat dominꝰ contra eos. Metuitqꝫ ppl's dñm: ⁊ crediderūt dño/ et moyſi ſeruo eiꝰ exod 16. a Tūc cecinit moyſes: ⁊ filii iſrl' carmen hoc dño: et dixerunt. Oēs tr. dĩt a choro alternati p̄ter vltimū tractū ſcʒ Laud dñm oīs gē. Tr.

exod 15 D Cantemus dño: glioſe enī honorificatꝰ eſt equū et aſcēſorē piecit ī mare adiutor et ꝓtector factus eſt michi in ſalutem. V. Dic deus meꝰ et honorificabo eū/ deus pr̄is mei ⁊ exaltabo eū. V. Dñs cōterēs bella: deꝰ nomē illi. Oremus

Deus cuius antiqua miracula etiam nr̄is ſeculis choruſcare ſentimus: dum quod vni populo a perſecutiōe egyptiaca liberādo dextere tue potētia contuliſti id in ſalutē gētiū ꝑ aquā regenerationis opāris/ p̄ſta q̄s: vt et ī abrahe filios et in iſraeliticā dignitatē totius mundi tranſeat plenitudo. Per dominū.

¶ Lectio. iii. Eſaye.

Iſa. 4 Apprehēdent ſeptē mulieres virum vnū ī die illa dicētes. Panē noſtrum comedemꝰ: et veſtimētis nr̄is operiemur/ tātūmodo inuocetꝰ nomen tuū ſuper nos: aufer opprobriū noſtrū. In die illa erit germē dñi in magnificētia et glīa et fructꝰ terre ſublimis/ ⁊ exultatio his qui ſaluati fuerint de iſrael Et erit. Omnis q̄ relictꝰ fuerit in ſyon/ et reſiduꝰ ī hierl'm: ſanctꝰ vocabit/ oīs qui ſcriptus eſt in vita ī hieruſalē. Si abluerit dñs ſordes filiaꝝ ſyon: et ſanguinem hieruſalem lauerit de medio eius: ī ſpiritu iudicii ⁊ ſpū ardoris Et creauit dominus ſup oēm locū mōtis ſyon: ⁊ vbi inuocatus eſt nubem per diem et fumū et ſplēdorē ignis flammātis in nocte. Super omnem enim gloriam ꝓtectio: et tabernaculum erit in vmbraculū diei ab eſtu: et ī ſecuritatē et abſconſionem a turbine et a pluuia. Tractus.

Uinea facta eſt dilectio ī cornu: ī loco vberi. V. Et maceriā circūdedit: et circūfodit et plātauit vineā ſoreth: ⁊ edificauit turrim ī medio eiꝰ. V. Et torcular fodit in ea: vinea enī dñi ſabaoth domus iſrael eſt. Oremus. Oratio.

Deus qui nos ad celebrandū paſchale ſacramentum vtriuſqꝫ teſtamenti paginis imbuiſti/ da nobis intelligere miſericordias tuas vt ex perceptione preſentium munerum firma ſit expectatio futurorum. Per dominum noſtrum

¶ Lectio quarta. Deuteronomii.

Scripſit moyſes canticum: et docuit filios iſrael Precepitqꝫ dñs ioſue filio num: et ait. Confortare ⁊ eſto robuſtus: tu enim introduces filios iſrael ī terrā quam pollicitus ſum patribus eorum: et ego ero tecum Poſtq̄ ergo ſcripſit moyſes verba legis huius in volumine atqꝫ compleuit: precepit leuitis qui portabant archam federis

G dñi dicẽs. Tollite librum iſtum: et ponite illum ĩ latere arche federis dñi dei noſtri: vt ſit ibi contra te ĩ teſtimoniũ. Ego enĩ ſcio ꝯtẽtionẽ tuã: ⁊ ceruicem tuã duriſſimã. Adhuc viuẽte me et ingrediẽte vobiſcum: ſemper cõtẽtioſe egiſtis ꝯtra dñm/ quãtomagis cũ mortuꝰ fuero? Cõgregate ad me oẽs maiores natu per tribꝰ veſtras atqꝫ doctores et loquar audientibꝰ eis ſermones iſtos/ ⁊ inuocabo cõtra eos celũ ⁊ terrã. Noui enĩ ꝙ poſt mortẽ meã inique agetis: et declinabitis cito de via quam precepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tẽpore qñ feceritis malum in cõſpectu dñi: vt irritetis eũ ꝑ opa manuum veſtrarũ. Locutꝰ eſt ergo moyſes audiente vniuerſo cetu filiorũ iſrael verba carminis huius: et ad finem vſqꝫ compleuit. Tractus.

Attende celum et loquar: et audiat terra vba ex ore meo. Vꝰ. Expectetũ ſicut pluuia eloquiũ meũ et deſcendant ſicut ros verba mea ſicut ymber ſup gramina. Vꝰ. Et ſicut nix ſuper fenũ quia nomẽ dñi inuocabo. V. Date magnitudinẽ deo noſtro deus verax opera eiꝰ et oẽs vie eius iudicia. V. Deus fidelis in quo nõ eſt iniquitas iuſtꝰ et ſanctꝰ dñs. Sequatur Oratio.

Deus qui eccleſiã tuã ſemper gentiũ vocatione multiplicas: concede propicius: vt quos aqua baptiſmatis abluis/ cõtinua protectione tuearis. Per dominũ

¶ Hãc orõnẽ nõ ſequat lectõ/ ſꝫ tr.

1.ca. A. Cariſſimi. Obſecro p̄mū omnium fieri obſecratiōes orō nes/poſtulationes: gratiaꝝ actiones: B pꝛo oībus hoībꝰ. Pꝛo regibꝰ et oībus q̄ in ſublimitate ſūt cōſtituti: vt q̄etā et trāq̄llā vitā agamꝰ in oī pietate ⁊ caſtitate. Hoc eī bonū ē ⁊ acceptū corā ſaluatoꝛe nr̄o deo: q̄ oēs homines vult ſaluos fieri et ad agnitionē veritatis vēire. Unus enim deꝰ: vnus ⁊ mediatoꝛ dei ⁊ hominū/homo xp̄s ieſus qui dedit redēptionē ſemetip̄m pꝛo oībus. Cuiꝰ teſtimoniū tp̄ibꝰ ſuis cōfirmatū eſt: in quo poſitꝰ ſum ego p̄dicatoꝛ et apoſtolꝰ. Ueritatem dico non mētioꝛ: doctoꝛ gentiū in fide ⁊ veritate.

Secundum lucam

Lu. D IN illo tp̄e Fctū eſt ī vna dierū: ⁊ ieſus aſcēdit in nauiculam ⁊ diſcipuli eiꝰ. Et ait ad illos Trāſfretemꝰ trās ſtagnū. Et aſcēderūt. Nauigātibꝰ aūt illis: obdoꝛmiuit. Et deſcēdit p̄cella vēti ī ſtagnū: ⁊ ꝯpellebāt fluctibꝰ ⁊ periclitabātur. Accedētes aūt: ſuſcitauerūt eū dicētes. Pꝛeceptoꝛ/ p̄imus. At ille ſurgēs icrepauit vētū ⁊ tēpeſtatē aque: ⁊ ceſſauit. Et fctā ē trāq̄llitas. Dixit aūt illis. Ubi ē fides vr̄a? Qui timētes: mirati ſūt ad inuicē dicētes. Quis putas hic ē? Qꝛ ventis īperat ⁊ mari: ⁊ obediūt ei.

¶ Dñica. vi. Ad miſſam. Officiū.

27 DOminꝰ foꝛtitudo plebꝭ ſue ⁊ p̄tectoꝛ ſalutariū xp̄i ſui eſt ſaluū fac p̄plm̄ tuū dñe ⁊ bñdic hereditati tue/et rege int eos vſq̄ in ſeculū. Ps. Ad te dñe clamabo deus meus ne ſileas a me: ne quando taceas a me ⁊ aſſimilaboꝛ deſcendentibus in lacum. Oꝛatio.

DEꝰ q̄ diligētibꝰ te bona inuiſibilia p̄paraſti: īfūde cordibꝰ nr̄is tui amoꝛꝭ affectū: vt te ī oībꝰ ⁊ ſup̄ oīa diligētes: p̄miſſiones tuas q̄ oē deſideriū ſuperāt cōſequamur. Per dñm. Ad romanos.

6.ca. A FRatres: Quicunq̄ baptizati ſumꝰ in xp̄o ieſu: in moꝛte ip̄ſiꝰ baptizati ſumꝰ. Cōſepulti eñ ſumꝰ cū illo per baptiſmū in moꝛtē: vt quō ſurrexit xp̄s a moꝛtuis p̄ gloriā p̄ris/ita ⁊ nos ī nouitate vite ambulemꝰ. Si eñi ꝯplātati fcti ſumus ſimilitudini moꝛtis eiꝰ: ſimul ⁊ reſurrectionis erimus. Hoc ſciētes/ qꝛ vetꝰ homo noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtruatur coꝛpꝰ pctī: vt vltra non ſeruiamꝰ pctō. Qui eñi moꝛtuus eſt: iuſtificatꝰ ē a pctō. Si aūt moꝛtui ſumꝰ cū xp̄o: B credimꝰ qꝛ ſimul etiā viuemus cū illo. Sciētes ꝙ chꝛiſtꝰ reſurgēs ex moꝛtuis iam nō moꝛit': moꝛs illi vltra nō dñabit'. Qđ eñi moꝛtuus eſt pctō: moꝛtuus eſt ſemel. Quod aūt viuit: viuit deo. Ita ⁊ vos exiſtimate vos moꝛtuos quidē eſſe peccato: viuentes autem deo. In chꝛiſto ieſu: dñō noſtro. Gr. p̄s.8 Cōuertere dñe aliquantulū et dep̄care ſuper ſeruos tuos. V. Dñe refugiū factꝰ es nobꝭ a gñatiōe ⁊ p̄genie. Al. V. Eripe me de īimicꝭ meis deꝰ meꝰ ⁊ ab inſurgētibꝰ ī me libera me. S. math.

5 ca C. IN illo tp̄e. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Amen dico vobis niſi abundauerit iuſticia vr̄a pluſq̄ ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ: nō itrabitis ī regnū celoꝝ. Audiſtꝭ qꝛ dictū ē āti q̄s: nō occides. Qui āt occiderit reꝰ erit iudicio. Ego aūt dico vobꝭ: qꝛ oīs q̄ iraſcit' fratri ſuo/ reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fratri ſuo racha: reus erit conſilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehēne D. ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare: ⁊ ibi recoꝛdatꝰ fueris qꝛ frater tuꝰ habet aliquid aduerſum te/relinque ibi munus tuum ante

altare/et vade pꝛiꝰ recōciliari fr̄i
tuo. Et tunc veniēs: offeres munꝰ
ß. 16 tuū. Offꝫ. Perfice greſſꝰ meos in
ſemitis tuis: vt nō moueātur veſti
gia mea: inclina aurē tuā et exaudi
verba mea: mirifica miās tuas q̄
ſaluos facis ſpātes in te dn̄e. Secr.

Propiciare dn̄e ſupplicatiō
bus nr̄is: ⁊ has oblatiōes fa
mulorū tuoꝝ benignus aſſume: vt
qđ ſinguli obtulerūt ad honorē tui
nois: cūctis pficiat ad ſalutē. per.
ß. 26 Cōio. Circuibo et immolabo in ta
bernaculo eiꝰ hoſtiā iubilatiōis cā
tabo ⁊ pſalmū dicā dn̄o. Poſtcōio

Quos celeſti dono dn̄e ſatiaſti
pꝛeſta q̄s: vt noſtris munde
mur occultis: et ab hoſtium libere
mur inſidijs. Per. ¶ Feria quarta.
Lectō ep̄le beati iohannis apoſtoli

i. c. 2 D. Chariſſimi: Non ſcripſi vobis
quaſi ignoꝛātibꝰ veritatē ſꝫ
quaſi ſciētibꝰ eā/q̄m oē mendaciū
ex veritate nō eſt. Quis eſt mēdax/
niſi is q̄ credit q̄m ieſꝰ non eſt xp̄s
Hic ē aūt xp̄s: q̄ negat prēꝫ ⁊ filiū
Oīs q̄ negat filiū: nec patrē habet
Qui ātichꝛiſtꝰ filiū: ⁊ patrē habet
Vos qđ audiſtis ab initio: in vobꝫ
pmaneat. Qđ ſi in vobis pmāſerit
qđ audiſtis ab initio: ⁊ vos ī filio et
patre pmanebitis Et hec eſt repꝛo
miſſio: quā ip̄e pollicitꝰ eſt nobis
vitam eternā. Secūdum marcum

10. c. C In illo tp̄e. Cū egreſſꝰ eſſet ie
ſus in via: pcurrēs quidā ge
nuflexo āte eū: interrogabat eū di
cēs. Magiſter bone: qđ faciā vt vi
tā etnā accipiā? Jeſus aūt dixit ei
Quid me dicis bonū? Nemo bonꝰ
niſi ſolꝰ deꝰ. Pꝛecepta noſti? Ille
dixit. Que? Ne adulteres/ne occi
das/nō furerꝭ/nō falſū teſtimoni
um dixeris/ne fraudē fecerꝭ: hono
ra patrē tuū ⁊ matrē Et ille rn̄dēs
ait illi Magiſter: hec omnia obſer
uaui a iuuentute mea. Jeſus autē
intuitꝰ eum dilexit eum: ⁊ dixit ei
Unum tibi deeſt Vade: vende que
cunq̄ habes ⁊ da pauperibꝰ: ⁊ ha
bebis theſaurum in celo: ⁊ veni ſe
quere me. ¶ Dn̄ica. vij. Officium

Om̄es gētes plaudite ma ß 44
nibꝰ: iubilate deo in vo
ce exultatiōis. V. Subie
cit pplōs nobꝫ: ⁊ gentes
ſub pedibus nr̄is. Orō.

Deus virtutū cuiꝰ eſt totū qđ
eſt optimū inſere pectoꝛibus
nr̄is amorē tui nois ⁊ pſta in nobis
religiōis augmētū: vt q̄ ſūt bona
nutrias: ac pietatꝭ ſtudio q̄ ſūt nu
trita cuſtodias. per. Ad romanos.

Fratres: Humanum dico p 6 ca.
pter infirmitatem carnis ve D
ſtre Sicut enī exhibuiſtis membꝛa
vr̄a ſeruire immūdicie et iniq̄tati
ad iniquitatē: ita nūc exhibete mē
bꝛa vr̄a ſeruire iuſticie ī ſctificatio
nem Cū enī ſerui eſſetis pcti liberi
fuiſtꝭ iuſticie. Quē ergo fructū ha
buiſtis: tunc in illis ī quibus nūc
erubeſcitis? Nā finis illoꝝ moꝛs
eſt. Nūc vero liberati a pctō: ſerui
autē facti deo. Habetis fructū ve
ſtrū in ſāctificationē: finē vero vi
tam eternā. Stipendia enī peccati
moꝛs. Gratia autē dei: vita etna
Jn xp̄o ieſu: dn̄o noſtro. Gr. Ve ß. 33
nite filii audite me timoꝛē dn̄i do
cebo vos. V. Accedite ad eū et illu
minamini et facies veſtre non cō
fundētur Allā. V. Te decet hymnꝰ
deꝰ in ſyon: et tibi reddet votum ī
hieruſalē. Secundum Marcum.

In illo tp̄e: Cum turba mul 8 ca.
ta eſſet cum ieſu nec haberēt B.
qđ māducarēt: cōuocatis diſcipu
lis ait illis. Miſereoꝛ ſup turbam
q2 ecce iam triduo ſuſtinēt me: nec
habēt quod māducēt. Et ſi dimiſe B
ro eos ieiunos in domum ſuā: defi

cient i via. Quidā eni ex eis: de lō=
ge venerūt. Et reſpōderūt ei diſcipu
li ſui. Unde iſtos poterit q̄s hic ſa
turare panib⁹ i ſolitudie? Et itro=
gauit eos. Quot panes habetis?
Qui dixerūt. Septē. Et p̄cepit tur
be diſcūbere ſup trā. Et accipiens
ſeptē panes: grās agēs fregit ⁊ da
bat diſcipulis ſuis: vt apponerent
Et appoſuerūt turbe. Et habebāt
piſciculos paucos ⁊ ip̄os bn̄dixit ⁊
iuſſit apponi Et mādūcauerūt: ⁊ ſa
turati ſūt Et ſuſtulerūt q̄d ſupaue
B. rat d̄ fragmētis: ſeptē ſportas Erāt
aūt q̄ mādūcauerāt quaſi quattuor
Dā. milia: ⁊ dimiſit eos. Offer. Sicut i
ia. olocauſtū arietū ⁊ tauror̄ ⁊ ſicut i
D milib⁹ agnor̄ pīguiū ſic fiat ſacri
ficiū noſtrū in cōſpectu tuo hodie
vt complaceat tibi qr nō eſt ↄfuſio
confidentibus in te dn̄e. Secreta.

Propiciare dn̄e ſupplicatio=
nibus noſtris ⁊ has oblatio
nes populi tui benign⁹ aſſume: et
vt nullius ſit irritū votum nulli⁹
vacua poſtulatio: p̄ſta q̄s: vt quod
fideliter petim⁹ efficaciter cōſequa=
p.30 mur. per. Cōio Inclina aurē tuā
accelera vt eruas nos. Poſtcōio.

Repleti dn̄e muneribꝰ tuis tri
buē q̄s vt eorum mundemur
effectu/ et muniamur auxilio. per
dn̄m. ¶ Feria. iiij. ad romanos.

f. Fratres. Nichil nūc damna
tionis eſt his qui ſunt i xp̄o
ieſu: qui non ſcd̄m carnē ambulāt
Lex eni ſp̄us vite in chriſto ieſu: li
berauit me a lege peccati ⁊ mortis
Nam q̄d ipoſſibile erat legi: i quo
infirmabatur per carnē deus filiū
ſuū mittēs in ſimilitudinē carnis
peccati. Et de pctō dānauit pctm̄ i
carne: vt iuſtificatio legis imple=
retur in nobis: qui non ſecundum
B carnem ambulamus/ ſed ſcd̄m ſpi
ritū. Qui eni ſecundum carnē ſunt
que carnis ſunt ſapiūt. Qui vero
ſcd̄z ſpm̄ ſūt: q̄ ſūt ſpūs ſētiūt. Nā
prudētia carnis mors ē. Prudētia
aūt ſp̄s: vita ⁊ pax. In xp̄o ieſu dn̄o
noſtro. Secundum Mattheum.

In illo tp̄e Abijt ieſ⁹ ſabbato 12.c.
per ſata: diſcipuli aūt ei⁹ eſu A.
rientes/ ceperūt euellere ſpicas ⁊ mā
ducare. Phariſei aūt videntes: dixe
rūt ei. Ecce diſcipuli tui faciūt q̄d
nō licet eis facere ſabbatis. At ille
dixit eis. Non legiſtis quid fecerit
dauid quādo eſurijt ⁊ qui cum illo
erant? Quō intrauit i domū dei: ⁊
panes ꝓpoſitionis comedit quos
non licebat ei edere/ neq̄ his q̄ cū
eo erant/ niſi ſolis ſacerdotibus?
Aut nō legiſtis i lege: quia ſabba=
tis ſacerdotes i templum ſabbatū
violant/ et ſine crimine ſunt? Di=
co aūt vobis: quia tēplo maior eſt
hic. Si autem ſciretis q̄d eſt miam
volo ⁊ nō ſacrificiū: nūq̄ ↄdēnaſſe
tis inocētes. ¶ Dn̄ica. viij. Offm̄.

Suſcepim⁹ de⁹ mi= p47
ſericordiā tuā i me
dio templi tui ſcd̄z
nomē tuū de⁹ ita ⁊
laus tua i fines tre
iuſticia plena eſt de
xtera tua. Ps. Magnus dn̄s ⁊ lau= eod
dabilis nimis: in ciuitate dei no=
ſtri in monte ſancto eius. Oratio.

Deus cuius prouidētia i ſui
diſpoſitione nō fallitꝛ te ſup
plices exoram⁹ vt noxia cūcta ſub
moueas: et omnia nobis profutu=
ra concedas. Per do. Ad romanos

Fratres. Debitores ſum⁹ nō 8.ca
carni vt ſcd̄m carnē viuam⁹ C.
Si eni ſcd̄z carnē vixeritis: moriemi
Si aūt ſpū facta carnis mortifica
ueritis: viuetis. Quicūq̄ eni ſpū dei a
gūtur: hi ſūt filij dei. Nō eni accepi
ſtis ſpm̄ ſeruitutis iterū in timore
ſed accepiſtis ſpiritū adoptiōis fi=

liorꝝ dei/ī quo clamamus abba pa
ter Ipſe enī ſpūs teſtimoniū reddit
D ſpūi noſtro:ꝙ ſumus filij dei. Si
aūt filij/⁊ heredes Heredes qdē dei
p̄.30. coheredes aūt xpi. Gr. Eſto michi
ī deū protectorē ⁊ ī locū refugij:vt
ſaluū me facias. v. Deus ī te ſpaui
dñe non confundar ī eternū. Alla.
v. Attendite popule meus ī legem
7.c. C meam. Secundum Mattheum.
IN illo tpe. Dixit ieſꝰ diſcipu
lis ſuis. Attendite a falſis ꝓ
phetis/q̄ veniūt ad vos ī veſtimē
tis ouiū:itrinſecus aūt ſūt lupi ra
C. paces. A fructibꝰ eoꝝ cognoſcetis
eos Nūqd colligūt de ſpinis vuas
aut de tribulis ficꝰ? Sic oīs arbor
bona:fructus bonos facit. Mala
autem arbor:fructus malos facit
Nō poteſt arbor bona fructus ma
los facere:nec arbor mala fructus
bonos facere. Omnis arbor q̄ non
facit fructū bonū excideꝫ et ī ignē
mittetur. Igitur ex fructibꝰ eorū
cognoſcetis eos. Nō oīs qui dicit
michi dñe dñe/ intrabit ī regnum
celoꝝ/ſed q̄ facit voluntatem prīs
mei qui in celis eſt:ipſe intrabit in
p̄.17 regnum celorum. Offr. Populum
humilem ſaluum facies dñe ⁊ ocu
los ſuperborū humiliabis qm̄ q̄s
deus preter te dñe. Poſtcōmunio.
DEus q̄ legalium differenti
as hoſtiarum vniꝰ ſacrificij
perfectiōe ſanxiſti accipe ſacrifici
um a deuotis tibi famulis oblatū
et pari benedictione ſicut munera
iuſti abel ſanctifica vt quod ſingu
li obtulerūt ad maieſtatis tue ho
norem/cūctis proficiat ad ſalutē.
p̄.33. Per dñm. Cōio. Guſtate et videte
qm̄ ſuauis eſt dominꝰ beatus vir
qui ſperat in eo. Poſtcommunio.
TUa nos domīe medicinalis
operatio ⁊ a noſtris peruer
ſitatibus clementer expediat:⁊ ad
ea que ſunt recta perducat. Per do
minum. ¶ Feria.iiij. ad romanos 5.ca.
FRatres: Commēdat deꝰ ſuā D
caritatem in nobis: quoniā
cum adhuc peccatores eſſemus ſe
cundum tempꝰ chriſtus pro nobis
mortuus eſt. Multo igitur magis
iuſtificati nunc in ſāguine eiꝰ:ſal
ui erimus ab ira per ipſū. Si enim
cum inimici eſſemus recōſiliati ſu
mus deo per mortem filij eiꝰ:mul
to magis reconſiliati ſalui erimus
in vita ipſius. Non ſolum aūt:ſed
et gl'iamur ī dño. Per ieſū chriſtū:
dñm noſtrū. Secundū Marcum. 9.c
IN illo tpē Dixerūt diſcipuli f.
ad ieſum. Magiſter vidimꝰ
quēdā ī noīe tuo eyciētē demonia
et prohibuimus eū:qꝛ nō ſequitur
nos. Ieſus aūt ait illis. Nolite ꝓ
hibere eū Nemo eſt enim qui facit
virtutē ī noīe meo ⁊ poſſit cito ma
le loqui de me. Qui enim nō eſt ad
uerſum vos pro vobis eſt. Quiſq̄s
enim potum dederit vobꝫ calicem
aq̄ frigide in noīe meo qꝛ xpi eſtis:
amē dico vobis non perdet merce
dem ſuam. Et quicunq̄ ſcādaliza
uerit vnū ex his puſillis credētibꝰ
in me:bonū eſt ei magis ſi circūda
retur mola aſinaria ī collo eiꝰ ⁊ in
mare mittereꝫ Et ſi ſcādalizauerit
te manꝰ tua abſcide illā. Bonū eſt G.
tibi debilē itroire ī regnū dei q̄ȝ du
as manus habentē ire ī gehēnā in
ignē iextinguibilē/vbi vmis eorū
non morit̄/⁊ ignis nō extiguit̄ Et
ſi pes tuꝰ ſcādalizat te:āputa illū.
Bonū eſt tibi claudū introire ī vi
tā eternā:q̄ȝ duos pedes habentem
mitti in gehēnā ignis iextinguibi
lis vbi vermis eoꝝ non moritur:⁊
ignis nō extinguitur Et ſi oculus
tuus ſcandalizat te:erue eum. Bo
num eſt tibi luſcū introire ī regnū
dei:q̄ȝ duos oculos habētē mitti in

gehennam ignis. Ubi vermis eoꝝ nō moritur: et ignis nō extinguitur ¶ Dñica nona. Ad missam. Offm.

ps.24 Ecce de⁹ adiuuat me ⁊ dñs susceptor est aīme mee auerte mala imicis meis ⁊ ī vitate tua disperde illos ꝓtector me⁹ dñe. ps. De⁹ in noīe tuo saluū me fac: ⁊ ī vtute tua iudica me.

Largire nobis dñe q̄s semper spiritū cogitādi q̄ recta sūt ꝓpicius ⁊ agēdi: vt q̄ sine te esse non possum⁹: secundum te viuere valeamus. Per dñz. Ad corinthios

i.co.10 B. Fratres. Nō sim⁹ cōcupiscētes maloꝝ: sicut et illi cōcupierūt. Neq̄ ydolatre efficiamini sicut q̄dā ex ipsis quēadmodū scriptū est. Sedit ppl̄s mādu care et bibere: et surrexerūt ludere. Neq̄ fornicemur: sicut q̄dā ex ip̄is fornicati sūt ⁊ ceciderūt vna die viginti tria milia. Neq̄ tētem⁹ xp̄m: sicut q̄dā eoꝝ tētauerūt / ⁊ a serpētib⁹ perierūt. C Neq̄ murmurauer itis sicut q̄dā eoꝝ murmurauerūt: ⁊ perierūt ab exterminatore. Hec aūt oīa: in figura ꝯtigebāt illis. Scripta sūt aūt hec ad correptionē nostram / ī quos fines seculoꝝ deuenerūt. Ita q̄ q̄ se existimat stare videat ne cadat. Tētatio vos non apprehēdat nisi humana. Fidelis aūt deus qui nō patiet vos tētari supra id qd̄ potestis: sed faciet cū tentatione etiā ꝓuentum: vt possitis sustinere.

ps.8 Gr. Dñe dñs noster: q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. V. Qm̄ eleuata est magnificentia tua super celos. Allā. V. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob / sumite psalmum iocundum cum cythara. Secundum Lucam.

16 A. In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis: parabolā hanc. Homo quidā erat diues q̄ habebat villicū: ⁊ hic diffamat⁹ est apud illū quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illū: ⁊ ait illi Quid hoc audio de te? Redde rationē villicationis tue. Iā eni nō poteris villicare. Ait aūt villic⁹ itra se. Quid faciā q̄ dñs meus aufert a me villicationem? Fodere nō valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciā: vt cū amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. Cōuocatis itaq̄ singulis debitoribus dñi sui dicebat primo. B Quantū debes dño meo? At ille dixit. Cētū cados olei. Dixitq̄ illi. Accipe cautionē tuaz et sede cito: et scribe quinquagita. Deinde alio dixit. Tu vero q̄tū debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi Accipe lr̄as tuas ⁊ scribe octogita. C. Et laudauit dñs villicū iniquitatis: quia prudēter fecisset. Qr filij huius seculi: prudentiores filijs lucis in generatione sua sūt. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mām ona iniquitatis. Ut cū defeceritis: recipiāt vos in eterna tabernacula. Offr. ps.18 Iusticie domini recte letificātes corda et dulciora super mel et fauū: nam ⁊ seruus tuus custodiet ea. Secreta.

Suscipe munera q̄s dñe q̄ tibi de tua largitate deferim⁹ vt hec sacrosctā mysteria grē tue operāte virtute ⁊ p̄sentis vite nos cōuersatione sanctificent: et ad gaudia sēpiterna ꝑducant. Per. Cōio. Primū q̄rite regnū dei: ⁊ oīa adijcietur vobis dicit dñs. Postcōio.

Sit nobꝫ dñe q̄s reparatio mentis ⁊ corporis celeste mysterium: vt cui⁹ exequimur actionem sentiamus effectum. Per dominū. ¶ Feria. iiij. ad romanos.

6.ca. C. Fratres. Nescitis quoniam cui exhibuistꝫ vos seruos ad

obediēdū: ſerui eſtꝫ eiꝰ cui obeditꝫ
Siue peccati ad mortē: ſiue obedi
tiōis ad iuſticiā. Gr̃as autē deo ꝙ
fuiſtꝫ ſerui pcti: obediſtꝫ aūt ex cor
de ī eā formā doctrīe ī qua traditi
eſtis. Liberati aūt a peccato ſerui
facti eſtis iuſticie. In chriſto ieſu
dn̄o noſtro. Secundum lucam.
16.c. IN illo tp̄e. Dixit ieſꝰ diſcipu
lis ſuis. Qui fidelis eſt ī mi
nimo: ⁊ ī maiore fidelis eſt. Et qui
in modico iniquus eſt: ⁊ ī maiore ī
quus eſt. Si ergo ī īquo mām̄ona
fideles nō fuiſtis: qđ verū eſt qͥs cre
det vobis? Et ſi ī alieno fideles nō
fuiſtis: qđ veſtrū eſt qͥs dabit vobꝫ
Nemo ſeruꝰ: poteſt duobꝰ dn̄is ſer
D. uire. Aut enī vnū odiet et alteꝝ di
liget: aut vni adherebit ⁊ alterum
cōtēnet. Nō poteſtis deo ſeruire: ⁊
mām̄one. Audiebāt enī hec oīa pha
riſei qui erāt auari: et deridebāt il
lū. Et ait illis. Vos eſtis q̄ iuſtifica
tis vos corā hominibus: deus aūt
nouit corda vr̄a. Quia qđ homini
bus altū eſt: abominatio ē āte deū

¶ Dn̄ica. x. ad miſſam. Officium.

ps4 DUm clamarē ad
dn̄m exaudiuit
vocē meā ab hiſ
q̄ appropīquāt
michi ⁊ hūilia
uit eos q̄ ē an̄ ſe
cula ⁊ manet in
eternū: iacta cogitatū tuū ī dn̄o ⁊
eod ip̄e te enutriet. Ps. Exaudi deꝰ orō
nē meā ⁊ ne deſpexeris dep̄cationē
meā ītēde michi et exaudi me. Or.
PAteāt aures mīe tue dn̄e pre
cibus ſupplicātiū: vt petē
tibus deſiderata concedas: fac eos
que tibi placita ſūt poſtulare. Per
dominum noſtrū. Ad corinthios.
1.12. A FRatres. Scitis qm̄ cum gē
tes eſſetꝫ: ad ſimulachra mu
ta prout ducebamini euntes. Ideo
notū vobis facio ꝙ nemo ī ſpū dei
loquēs: dicit anathema ieſu. Et ne
mo poteſt dicere dn̄s ieſꝰ: niſi ī ſpū
ſcō. Diuiſiōes vero grāꝝ ſūt: idē
aūt ſpūs. Et diuiſiones miniſtra
tionū ſunt: idē aūt dn̄s. Et diuiſio
nes opationū ſunt: idē vero deꝰ q̄
opatur oīa in oībus. Unicuiqꝫ aūt
datur manifeſtatio ſpūs ad vtilita
tē. Alij quidē ꝑ ſpm̄ datur ſermo ſa
piētie: alij aūt ſermo ſciētie ſcđꝫ eū
dē ſpm̄. Alij fides: ī eodē ſpū. Alij
grā ſanitatū: in vno ſpū. Alij ope
ratio virtutū: alij ꝓphetia/ alij di
ſcretio ſpūum/ alij genera lingua
rum/alij īterpretatio ſermonum. B
Hec aūt oīa opatur vnus atqꝫ idē
ſpūs diuidēs ſingulis: prout vult.
Gr. Cuſtodi me dn̄e vt pupillā ocu ps.16.
li: ſub vmbra alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me.
V. De vultu tuo iudiciū meū ꝓde
at: oculi tui videāt eq̄tatē. Alla. V.
Dn̄e deꝰ ſalutis mee: in die clama
ui et nocte corā te. Secūdū lucam.
19.c. IN illo tp̄e: Cū appropinqua
ret ieſꝰ hieruſalē: vidēs ciui
tatē fleuit ſuper illā dicēs. Quia ſi
cognouiſſes ⁊ tu. Et qdē in hac die
tua que ad pacē tibi: nūc aūt abſcō
dita ſunt ab oculis tuis. Quia ecce G
venient dies in te: ⁊ circūdabūt te
inimici tui vallo/ ⁊ circundabunt
te ⁊ coanguſtabūt te vndiqꝫ/et ad
terram proſternent te/et filios tu
os qui in te ſunt. Et nō relinquēt
in te lapidem ſuper lapidē: eo ꝙ nō
cognoueris tēpus viſitatiōis tue.
Et ingreſſꝰ in templum: cepit ei
cere vendentes in illo ⁊ ementes:
dicēs illis. Scriptum eſt: quia do
mus mea domꝰ orationis eſt. Vos
autem feciſtis illam: ſpeluncam la
tronum. Et erat docēs: quotidie
in templo. Offr̄. Ad te domīe leua ps24
ui animā meā deꝰ meus in te confi
do non erubeſcam: neqꝫ irrideant

me inimici mei etenim vniuerſi q̄
te expectāt nō cōfūdentur. Secr.

Concede nobis hec q̄s dn̄e di
gne frequentare miſteria qꝛ
quotiens huius hoſtie cōmemora
tio celebrat̄: op⁹ nr̄e redemptiōis
p.50 exercet̄. p d. Coio. Acceptabꝫ ſacri
ficiū iuſticie oblationes ⁊ olocau
ſta ſup̱ altare tuū dn̄e. Poſtcōio.

Tui nobis dn̄e ꝯmunio ſacra
mēti: ⁊ purificationem con
ferat/ ⁊ tribuat vnitatē. Per dn̄m

¶ Feria quarta. Ad corinthios.

1.15 Fratres: Nō omnis caro ea:
dē caro/ ſed alia hoīm / alia
pecoꝝ/ alia volucrū/ alia autē pi:
ſciū ⁊ corpora celeſtia/ ⁊ corp̱a ter
reſtria. Sed alia q̄dē celeſtiū glīa/
alia aūt terreſtriū. Alia claritas ſo
lis/ alia claritas lune: ⁊ alia clari
f tas ſtellarū. Stella aūt a ſtella dif
fert in claritate ſic et reſurrectio
mortuoꝝ. Seminat̄ ī corruptiōe/
ſurget in incorruptiōe. Seminat̄
in ignobilitate: ſurget ī gloria Se
minat̄ in infirmitate/ ſurget ī vir
tute. Seminat̄ corp⁹ aīale: ſurget
corpus ſpiritale. Sicut ſcriptū eſt
Factus eſt primus homo adam in
animā viuentē: nouiſſimus adam
in ſpiritum viuificantem. Sed nō
prius quod ſpiritale eſt/ ſed qđ ani
male/ deīde quod ſpiritale. In xp̄o
ieſu: dn̄o nr̄o. Secundum lucam.

u.c In illo t̄p̄e. Dixit ieſus diſci
pulis ſuis. Attēdite vobis ne
forte grauentur corda vr̄a in cra:
pula et ebrietate/ ⁊ curis hui⁹ vi:
te/ ⁊ ſuperueniat in vos repētina
G dies illa. Tanq̄ laqueus enim ſup
ueniet in omnes/ qui ſedēt ſup̱ fa:
ciē omnis terre Vigilate itaq̄ orā
tes omni tempore: vt digni habea
mini fugere iſta omnia que futura
ſunt/ ⁊ ſtare ante filium hominis.

¶ Dominica vndecima. Officiū.

Deus in loco ſancto ſuo de⁹ p.17
q̄ inhabitare facit vnani
mes in domo ip̄e dabit
virtutē ⁊ fortitudinem
ple bi ſue. Ps. Exurgat eod
de⁹ ⁊ diſſipētur inimici ei⁹ ⁊ fugiāt
qui oderūt eū a facie eius. Oratio

Deus q̄ oīpotētiā tuā parcēdo
maxime et miſerēdo manife
ſtas mltiplica ſup̱ nos grāꝫ tuā: vt
ad tua ꝓmiſſa currētes celeſtiū bo
noꝝ facias eē ꝯſortes. p d. Ad corī.

Fratres: Notū facio vobis 1.15.
euāgeliū qđ p̄dicaui vobis/ A
qđ ⁊ accepiſtis/ in quo ⁊ ſtatis per
qđ et ſaluamini. Qua ratione p̄di
cauerim vobis ſi tenetis/ niſi fru
ſtra credidiſtis: Tradidi eni vobꝫ
in p̄mis qđ et accepi q̄m xp̄s ieſus
mortuus eſt ꝓ pctīs nr̄is ſcđm ſcri
pturas/ ⁊ qꝛ ſepult⁹ eſt ⁊ qꝛ reſurre
xit tertia die ſcđm ſcripturas. Et vi
ſus eſt cephe. ⁊ poſt hec vndeci. De B
inde viſ⁹ eſt pluſq̄ quīgētis fratri
bus ſimul: ex q̄bus multi manēt vſ
q̄ adhuc/ q̄dā aūt dormierūt. Dei p.27
de viſus eſt iacobo/ deide ap̄lis oi
bus. Nouiſſime aūt oīm tāq̄ abor
tiuo: viſus eſt ⁊ michi. Ego enī ſū
minim⁹ ap̄loꝝ q̄ nō ſum dign⁹ vo:
cari ap̄lūs/ q̄m perſecut⁹ ſū eccle:
ſiam dei. Grā aūt dei ſum id quod
ſum/ ⁊ grā eius: in me vacua nō fu
it. Gr. In deo ſpauit cor meū ⁊ ad
iut⁹ ſū/ et refloruit caro mea et ex
voluntate mea cōfitebor illi. V⁹. Ad
te dn̄e clamabo de⁹ meus ne ſileas
ne diſcedas a me. Allā. V. Dn̄e refu
giū fact⁹ es nobis a generatione
et progenie. Secundum Lucam.

In illo tēpore. Dicebat ieſus 18.c
ad quoſdā q̄ in ſe ꝯfidebāt tā B
q̄ iuſti: ⁊ aſpnabātur ceteros: pa:
rabolā iſtā dicēs. Duo hoīes aſcē:
derunt ī templū vt orarent: vnus
phariſeus ⁊ alter publican⁹. Pha

riſeus aūt ſtās: hec apud ſe oꝛabat
Deus grās ago tibi: qꝛ nō ſū ſicut
ceteri hoīm/raptoꝛes/iniuſti: adul
teri velut etiā hic publicanꝰ. Ieiu
no bis in ſabbato: decimas do oīm
que poſſideo. Et publicanꝰ alōge
ſtās/nolebat nec oculos ad celū le
uare: ſꝫ ꝑcutiebat pectꝰ ſuū dicēs.
Deꝰ ꝓpiciꝰ eſto michi pctōri. Amē
C dico vobis: deſcēdit hic iuſtificatꝰ
in domū ſuam ab illo Qꝛ oīs qui ſe
exaltat hūiliabitᷣ: et q̄ ſe humiliat
exaltabitur. Offꝫ. Exaltabo te do
ps.26 mine qm̄ ſuſcepiſti me nec delecta
ſti inimicos meos ſuꝑ me dn̄e cla:
maui ad te et ſanaſti me. Secreta.
Tibi dn̄e ſacrificia dicata red
dant: que ſic ad honoꝛē noīs
tui deferenda tribuiſti: vt eadē re:
media nr̄a fieri ꝑſtares. Per dn̄m.
Cōio. Honoꝛa dn̄m de tua ſubſtan
pue tia ⁊ de primitijs frugum tuarum
3.ca. vt impleantᷣ hoꝛrea tua ſaturitate ⁊
B vino toꝛcularia redūdabūt. Poſtcō
Queſumus domine deꝰ noſter
vt quos diuinis reparare nō
deſinis ſacramētis: tuis non deſti
tuas benignus auxilijs. Per domi
num. ¶ Feria.iiij. Ad coꝛinthios.
1.c.6 Fratres: Neſcitis qm̄ coꝛpa
vr̄a mēbra ſūt xp̄i. Tollēs er
go mēbra xp̄i faciā mēbra meretri
D. cis? Abſit. An neſcitꝫ qm̄ q̄ adheret
meretrici vnū coꝛpꝰ efficitᷣ? Erūt
eni (inq̄t) duo i carne vna. Qui au
tē adheret deo: vnꝰ ſpūs eſt. Fugi
te foꝛnicationē. Oē eni pctm̄ qdcū
q̄ fecerit hō: extra coꝛpus eſt. Qui
aūt foꝛnicatᷣ: i coꝛpꝰ ſuū peccat An
neſcitis qm̄ mēbra vr̄a tēplū ē ſpūſ
ſcti q̄ i vobis eſt. quē habetis a deo:
⁊ nō eſtis vr̄i? Empti eni eſtis ꝑcio
magno: glificate et poꝛtate deū in
coꝛpoꝛe veſtro Secundum lucam
18.c. In illo tp̄e Dicebat ieſꝰ diſci
A pulꝫ ſuis: parabolā hāc. Qm̄

opoꝛtet ſēꝑ oꝛare: ⁊ nō deficere di
cēs. Iudex q̄dā erat i quadā ciuita
te q̄ deū nō timebat: ⁊ hoīem nō re
uerebatᷣ. Vidua aūt q̄dā erat in ci
uitate illa: ⁊ veniebat ad eū dicēs
Vindica me de aduerſario meo Et
nolebat ꝑ multū tp̄s. Poſt hec aūt
dixit intra ſe. Et ſi deū non timeo
nec hoīem reuereoꝛ: tn̄ qꝛ moleſta
eſt michi hec vidua vindicabo illā
ne i nouiſſimo veniēs ſuggillet me
Ait aūt dn̄s Audite/q̄d iudex iniqui
tatis dixit. Deꝰ aūt nō faciet vindi B.
ctam electoꝛū ſuoꝝ clamātiū ad ſe
die ac nocte: ⁊ patiētiā habebit i il
lis? Dico vobis: qꝛ cito faciet vindi
ctam illoꝝ. ¶ Dn̄ica.xij. Officiū.
DEus in adiuto: ps.69
riū meū intende
dn̄e ad adiuuan
dum me feſtina/
cōfundātur ⁊ re
uereātur inimi
ci mei qui q̄runt
aīaꝫ meā. ꝟ. Auertātᷣ retroꝛſū ⁊ eru ibid
beſcāt q̄ volūt michi mala. Oꝛo.
Omīps ſēpiťne deꝰ q̄ abūdātia
pietatꝫ tue ⁊ merita ſupplicū
excedis ⁊ vota: effūde ſuꝑ nos miaꝫ
tuā: vt dimittas q̄ ꝯſciētia metuit
⁊ adijcias q̄d oꝛo nō ꝑſumit. P. Ad
Fratres: Fiduciā talē (coꝛi. 2.c.3
habemꝰ ꝑ xp̄ꝫ ad deū: non q̄ B
ſufficiētes ſimꝰ cogitare aliq̄d a no
bis quaſi ex nobis/ſed ſufficiētia
nr̄a ex deo eſt. Qui et ydoneos nos
fecit miniſtros noui teſtamēti: nō
littera/ſed ſpū. Littera eni occidit
ſpūs aūt viuificat. Qd̄ ſi miniſtra
tio moꝛtis litteris defoꝛmata in la
pidibꝰ fuit i glia: ita vt nō poſſent
intendere filij iſrael in faciē moiſi
ꝓpter gloꝛiā vultꝰ eius q̄ euacuatᷣ:
quō nō magis miniſtratio ſpiritꝰ
erit i glia? Nā ſi miniſtratio dam C
natiōis in gloꝛia eſt: multomagis

abũdat miniſteriũ iuſticie ĩ gloꝛia.
ps. Gr. Bñdicã dñm ĩ oĩ tpe: ſẽp laus ei9 in oꝛe meo. v. In dño laudabit̃ aĩa mea: audiãt manſueti et letentur. Allã. v. Venite exultem9 dño iubilem9 deo ſalutari nr̃o. Aliꝰ. v. Pꝛeoccupem9 faciẽ ei9 in confeſſione ⁊ ĩ pſalmis iubilemus ei. Iſti duo. v. dr̃r p ebdõ. alternis vicibus ita tñ ꝙ. v. Pꝛeoccupem9. pmo dr̃ qñ de fer. agit̃. Et ſi nulla fer. p ebdõ ad hoc vacauerit: tũc vltim9 v. eo anno oĩno ꝑtermittat̃. Scdm mar.

7.ca D In illo tpe: Exiẽs ieſ9 de finibus tyꝛi: venit p ſydonem ad mare galilee int̃ medios fines decapoleos. Et adducũt ei ſurdũ et mutũ: ⁊ depcabãt eũ vt iponat illi manũ. Et appꝛehendẽs eũ de turba ſeoꝛſum: miſit digitos ſuos ĩ auriculas ei9 Et expuẽs: tetigit linguam ei9. Et ſuſpiciẽs in celũ: ingemuit ⁊ ait illi. Effeta: qđ eſt adaperire. Et ſtati apte ſũt aures ei9: et ſolutũ ẽ vinculũ lingue ei9 ⁊ loqbatur recte Et pcepit illis ne cui dicerẽt. Quãto aũt eis pcipiebat/ tãtomagꝫ pl9 pdicabãt: ⁊ eo ãpli9 ãmirabãt dicẽtes. Bñ omnia fecit: ⁊ ſurdos fecit audire et mutos loqui. Offr. Pꝛe-
no. 3/C catus eſt moyſes in conſpectu dei ſui/ ⁊ dixit pcat9 eſt moyſes in cõſpectu dei ſui/ ⁊ dixit: quare dñe iraſcerꝭ ĩ pplo tuo? parce ire aĩe tue memẽto abꝛahã: yſaac ⁊ iacob qb9 iuraſti dare t̃rã fluẽtẽ lac ⁊ mel: et placat9 fact9 ẽ dñs de malignitate quã dixit facere pplo ſuo. Secreta

Reſpice qs dñe noſtrã pꝛopicius ſeruitutem vt quod offerimus: ſit tibi munus acceptũ: ſit
ps.103 ꝙ nr̃e fragilitatis ſubſidium. per. Co. De fructu operũ tuoꝝ dñe/ ſatiabitur terra vt educas panem de terra/ et vinũ letificet coꝛ hoĩs vt exhilaret faciẽ in oleo: et panis coꝛ hominis confirmet. Poſtcõio

Sentiamus domĩe queſum9: tui perceptiõe ſacramẽti ſubſidiũ mẽtis ⁊ coꝛpoꝛis: vt ĩ vtroqꝫ ſaluati celeſtis remedij plenitudine gloꝛiemur. Per dñm. ¶ Feria quarta. Epiſtola ad coꝛinthios.

Fratres: Nõ noſmetipſos p- 2.c 4
dicamus: ſed ieſum xp̃m do- B
minum nr̃m. Nos autẽ ſeruos veſtros per ieſum. Quoniam deus q dixit de tenebꝛis lucẽ ſplẽdeſcere: illuxit in coꝛdibus nr̃is ad illuminationem ſcientie claritatis dei/ ĩ faciem xp̃i ieſu. Habemus autẽ theſaurum iſtum in vaſis fictilib9: vt ſublimitas ſit virtus dei/ ⁊ non ex nobis. In omnibus tribulationẽ patimur: ſed nõ ãguſtiamur. Apoꝛiamur: ſed non deſtituimur. Per- C
ſecutionem patimur: ſed non derelinqmur. Humiliamur: ſed nõ cõfundimur. Deijcimur: ſed nõ perimus. Semper moꝛtificationem ieſu xp̃i in coꝛpoꝛe nr̃o circũferẽtes vt et vita Ieſu ĩ coꝛpoꝛib9 noſtris manifeſtetur. Secundũ matheum

In illo tpe. Cepit ieſus expꝛo- 11.c.
bꝛare ciuitatibus in qbus fa- C
cte ſũt plurime virtutes ei9 qꝛ nõ egiſſent penitẽtiam. Ve tibi coꝛozaim: ve tibi bethſaida. Qꝛ ſi ĩ tyꝛo et ſydone facte eſſent virtutes q facte ſunt ĩ vobis: olim in cinere ⁊ cilicio penitentiam egiſſent. Verũtamẽ dico vobis: tyꝛo ⁊ ſydoni remiſſius erit in die iudicij ꝙ vobis. Et tu capharnaum: nunquid vſqꝫ in celum exaltaberis? Vſqꝫ ĩ infer-
num deſcẽdes. Qꝛ ſi in ſodomis fa- D
cte fuiſſẽt virtutes que facte ſunt ĩ te: foꝛte manſiſſent vſqꝫ in hunc diem. Verumtamen dico vobis: quia terre ſodomoꝛum remiſſius erit in die iudicij: ꝙ tibi. ¶ Dominica decimatertia. Ad miſſam. Officium.

p.73 REſpice dñe ī teſtamē‑
tū tuū: et aīas paupe
rum tuoꝝ ne derelin
quas in finem: exur‑
ge dñe / iudica cauſā
tuam et ne obliuiſcaris voces q̄rē
eode tium te. Ps. Ut quid deus repuliſti
in finem: iratus eſt furoꝛ tuus ſu‑
per oues paſcue tue. Oratio.

OMnipotens & miſericors deus de cu
ius munere venit vt tibi a fi
delibꝰ tuis digne & laudabilit̄ ſerui
at: tribue nobis q̄s vt ad ꝓmiſſiões tu
as ſine offēſiõe curramꝰ. Per. Ad gal.

3.ca. FRatres. Abrahe dicte ſunt ꝓ
C. miſſiões: & ſemini eiꝰ. Nō di
cit & ſeminibꝰ quaſi ī multis: ſꝫ qua
ſi ī vno & ſemini tuo q̄ eſt xp̄s. Hoc
autē dico teſtamētū ꝯfirmatū a deo
que poſt quadrigētos & triginta an
nos facta eſt lex: nō irritū facit ad
euacuādā ꝓmiſſionē. Nā ſi ex lege
eſſet hereditas: iā nō ē ex ꝓmiſſiōe
Abrahe aūt ꝑ repꝛomiſſionē dona‑
uit deꝰ. Quid igit̄ lex? Propt̄ trāſ‑
greſſionē poſita ē: donec veniret ſe
mē cui ꝓmiſerat oꝛdīata ꝑ āgelos:
ī manu mediatoꝛis. Mediatoꝛ aūt
vniꝰ nō ē: deꝰ aūt vnꝰ ē. Lex ergo ad
uerſꝰ ꝓmiſſa dei? Abſit. Si eñ da‑
ta eſſet lex q̄ poſſet viuificare: vere
ex lege eſſet iuſticia. Sꝫ ꝯcluſit ſcri
D. ptura oīa ſub pctō: vt ꝓmiſſio
ex fide ieſu xp̄i: daret̄ credentibus.
Gr. Reſpice dñe in teſtamētū tuū
p.89 et aīas pauperū tuoꝝ ne obliuiſca
ris ī finem. V. Exurge dñe & iudica
cauſam tuā: memoꝛ eſto oppꝛobrij
ſeruoꝝ tuoꝝ. Alla. V. Quoniā deꝰ ma
gnus dñs: et rex magnus ſuꝑ oēm
terram. Secundum Lucam.

10.c. IN illo tempoꝛe. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Beati oculi q̄
vident que vos videtis. Dico enim
vobis: q̄ multi ꝓphete & reges vo
luerūt videre q̄ vos videtis & nō vi
derūt: & audire q̄ auditis: & nō audie
rūt. Et ecce quidā legiſperitꝰ ſurre
xit: tentās illū & dicēs. Magiſter /
q̄d faciendo vitā eternā poſſidebo E
At ille dixit ad eū. In lege q̄d ſcri‑
ptū eſt? Quō legis? Ille rñdens di
xit. Diliges dñm deū tuum ex toto
coꝛde tuo: & ex tota aīa tua et ex oī
bus viribꝰ tuis / & ex oī mente tua
et ꝓximū tuū ſicut teipſū. Dixitq̄
illi. Recte rñdiſti. Hoc fac: & viues
Ille aūt volēs iuſtificare ſeipſū: di
xit ad ieſū. Et q̄s eſt meꝰ pꝛoximꝰ?
Suſpiciēs aūt ieſꝰ: dixit. Homo q̄dā
deſcendebat ab hieruſalem ī hierico: & ī
cidit ī latrones. Qui etiam diſpo‑
liauerūt eū: & plagis īpoſitis abie F
rūt ſemiuiuo relicto. Accidit aūt vt
ſacerdos q̄dā deſcenderet eadē via
et viſo illo p̄teriuit. Similit̄ et le‑
uita cū eſſet ſecus locū & videret eū
ptrāſijt. Samaritanꝰ aūt q̄dā iter
faciens / venit ſecus eū: & vidēs eū
mīa motꝰ eſt. Et appꝛopiās alliga
uit vulnera eiꝰ: infūdēs oleū et vi
nū. Et imponēs illū ī iumētum ſu
um: duxit ī ſtabulū & curā eiꝰ egit
Et altera die ꝓtulit duos denarios
et dedit ſtabulario / et ait. Curam
illius habe: et quodcūq̄ ſuperoga
ueris: ego cum rediero reddā tibi.
Quis hoꝝ triū: videtur tibi pꝛoxi G
mꝰ fuiſſe illi q̄ incidit in latrones?
At ille dixit. Qui fecit miſam ī illū
Et ait illi ieſus. Uade: et tu fac ſi‑
militer. Offer. In te ſperaui domi p.30
ne: dixi tu es deus meus / in mani‑
bus tuis tempoꝛa mea. Secreta.

HOſtias q̄s domine ꝓpiciꝰ
intende: quas ſacris altari‑
bus exhibemus: vt nobis indulgē
tiam largiēdo tuo nomini dent ho
noꝛem. Per dñm. Cōio. Panem de
celo dediſti nobis dñe / habentem sap
omne delectamentum et oēm ſapo 16.c.
rem ſuauitatis. Poſt communio.

VIuificet nos dñe queſumus
huius participatio ſctā my
ſterij: et pariter nobis expiationē
tribuat ⁊ munimen. Per dominū
¶Feria.iiii. Ad theſſalonicenſes
FRatres Mēores eſtote labo
ii. rū noſtrorū / et fatigationū
B noctes ⁊ die operātes: ne quē veſtrū
grauaremus. Predicauim⁹ enim
in vobis: euangelium dei. Vos ei
C teſtes eſtis ⁊ de⁹: q̄ ſctē ⁊ iuſte et ſi
ne q̄rela vobis qui credidiſtꝫ affui
mus ſicut ſcitis Qualiter vnūquē
q̄ vrm̄ tanq̄ pater filios ſuos dep̄
cantes vos ⁊ cōſolātes: teſtificati
ſumus Vt ābularetis digne deo: q̄
vocauit vos ī regnū ſuū et gl'iam.
Ideo et nos gr̄as agimus deo ſine
intermiſſione: q̄m cū accepiſſetꝫ a
nobis verbum audit⁹ dei. Accepi=
ſtis illud nō vt verbū hoīm: ſed ſi=
cut eſt vere verbū dei. q̄ operatur ī
nobis. Secundum Matheum.
xii. IN illo tpe: Abeūtes phariſei
B conſilium faciebāt aduerſ⁹
ieſum: quomodo eū perderent. Ie
ſus aūt ſciens: receſſit īde. Et ſecu
ti ſunt eū multi: ⁊ curauit eos oēs
Et precepit eis ne manifeſtū eū fa
cerēt: vt adimpleretur quod dictū
eſt per yſayā prophetā dicentē. Ec
ce puer meus quē elegi: dilect⁹ me⁹
in quo bene cōplacuit aīe mee. Po
nam ſpiritum meū ſup eū: et iudi=
cium gentibus nunciabit. Nō cō=
tēdet neq̄ clamabit: neq̄ audiet a
liquis in plateis vocē eius. Arūdi
nem quaſſatā non confringet: ⁊ li
gnum fumigās non extinguet / do
nec eijciat ad victoriam iudicium
Et in noīe eius gentes ſperabunt.
Ps. ¶Dñica.xiiii.ad miſſam. Officiū
PRotector noſter aſpice
de⁹ ⁊ reſpice ī faciē chri
ſti tui quia melior eſt di
es vna ī atrijs tuis ſup
milia. Quā dilecta tabernacula
tua dñe virtutū: cōcupiſcit et de=
ficit anima mea in atria dñi. Oro
OMnipotēs ſempiterne deus
do nobꝫ fidei ſpei ⁊ caritatis
augmētū. ⁊ vt mereamur aſſequi
quod pmittꝫ fac nos amare quod
precipis. Per do. ¶Ad galatas.
FRatres: Spiritu ambulate 5 ca.
⁊ deſideria carnis nō pficie C.
tis. Caro enī cōcupiſcit aduerſus
ſpm̄: ſpūs aūt aduerſ⁹ carnē. Hec
enim ſibi inuicē aduerſantr: vt nō
quecūq̄ vultis illa faciatis. Qđ ſi D.
ſpū ducimini: nō eſtꝫ ſub lege. Ma
nifeſta autē ſūt opa carnis: q̄ ſunt
fornicatio / imūdicia / auaricia / i=
pudicitia / luxuria / ydolorū ſerui=
t⁹ Veneficia / inimicicie / ꝯtētiōes /
emulatiōes / ire / rixe / diſſenſiōes:
ſecte / inuidie / homicidia ebrieta=
tes / comeſſationes: et his ſimilia.
Que p̄dico vobis: ſicut p̄dixi Qm̄
q̄ talia agūt regnū dei nō cōſequē=
tur. Fruct⁹ autē ſpūs eſt: caritas /
gaudiū / pax / patiētia: longanimi
tas / bonitas / benignitas / māſue
tudo / fides / modeſtia / ꝯtinētia: ca
ſtitas / aduerſus huiuſmodi nō eſt
lex. Qui aūt ſūt xp̄i: carnē ſuā cru
cifixerūt: cū vicijs et cōcupiſcētijs.
Gr. Bonū eſt cōfiteri dño: et pſal pi17
lere noī tuo altiſſime. V. Ad ānun
ciādū mane mīam tuā et veritatē
tuā p noctē. All. V. Cōfitemini do
mino ⁊ īuocate nomē ei⁹ ānūciate
ī ter gētes opera ei⁹ Scd'm lucam
IN illo tpe. Cum iret ieſus in
hieruſalē: tranſibat p mediā 17.
ſamariā ⁊ galileā. Et cū ingrede= C.
retur quoddā caſtellū: occurrerūt
ei decē viri leproſi. Qui ſteterūt a
longe: et leuauerunt vocem ſuam
dicentes Ieſu preceptor: miſerere
nr̄i. Quos vt vidit: dixit. Ite: oſtē D
dite vos ſacerdotibus. Et factum

eſt dum irent: mundati ſunt. Vnꝰ
aūt ex illis vt vidit qꝛ mundatꝰ eſt:
regreſſꝰ ē cū magna voce magnifi
ficans deū. Et cecidit in faciē ante
pedes eius: gratias agens. Et hic
erat ſamaritanus. Reſpondēs aūt
ieſꝰ: dixit. Nōne decē mūdati ſunt
⁊ nouē vbi ſūt? Nō eſt iuētꝰ q̄ redi
ret ⁊ daret gloriā deo: niſi hic alie
nigena. Et ait illi. Surge et vade:
quia fides tua: te ſaluū fecit. Offr̄.
ps.33. Immittit angelum dñs in circui
tu timentiū eū ⁊ eripiet eos: guſta
te ⁊ videte qm̄ ſuauis ē dñs. Secr̄.
PRopiciare dñe pplō tuo pro
piciare muneribꝰ vt hac o
blatione placatus: ⁊ indulgētiam
nobis tribuas: ⁊ poſtulata conce
das. p. Cō. Panis quē ego dedero
caro mea eſt ꝓ ſcl'i vita. Poſtcōio.
SVmptis dñe celeſtibus ſacra
mētis: ad redēptionis eterne
q̄s proficiamus augmentum. Per
dñm. ¶ Feria.iiij. Ad corinthios.
2.c6 FRatres Nolite iugū ducere
cū infidelibꝰ: ſed cū fidelibꝰ
Que enī participatio iuſticie cū ii
q̄tate? Aut q̄ ſocietas lucis ad tene
bras. Que aūt cōuētio xp̄i ad beli
al? Aut q̄ pars fidelis cū infideli?
Quis aūt cōſenſꝰ tēplo dei cū ydo
D., lis? Vos aūt eſtis tēplū dei viui: ſi
cut dicit deꝰ. Qm̄ ihabitabo ī illis
et inābulabo īter eos: ⁊ ero illorū
dñs / ⁊ ip̄i erūt michi ppl's. Propt̄
q̄d exite de medio eorꝝ: ⁊ ſeparami
ni dicit dñs. Vos q̄ portatis vaſa
dñi: ⁊ imūdū ne tetigeritis. Et ego
recipiā vos et ero vobis ī patrē: et
vos eritis michi ī filios ⁊ filias: di
cit dñs oīps. Has igit̄ ꝓmiſſiones
habentes cariſſimi: mundemꝰ nos
ab omni inq̄namento carnis ⁊ ſpi
ritus. Perficiētes ſanctificationē
12.c in timore dei. Scd̄m Lucam.
B IN illo tp̄e. Ait ad ieſū q̄dā de
turba. Magiſter: dic fratri meo vt
diuidat mecū hereditatē. At ille di
xit ei. Homo / quis me cōſtituit iu
dicē aut diuiſorē ſup̄ vos? Dixit
q; ad illos. Videte / et cauete ab oī
auaricia: qꝛ nō in abūdātia cuiuſ
q̄ vita eius eſt ex his q̄ poſſidet. Di
xit aūt ſimilitudinē ad illos: dicēs C
Hoīs cuiuſdā diuitꝫ vberes fructꝰ
ager attulit: ⁊ cogitabat itra ſe di
cēs. Quid faciā: ꝙ non habeā quo
ꝯgregē fructꝰ meos? Et dixit. Hoc
faciā. Deſtruā horrea mea ⁊ maio
ra faciā: ⁊ illuc ꝯgregabo oīa q̄ na
ta ſūt michi / ⁊ bona mea / ⁊ dicam
aīe mee. Aīa habes multa bona po
ſita in ānos plurimos: requieſce / co
mede: bibe ⁊ epulare. Dixit aūt illi
deꝰ. Stulte: hac nocte aīam tuā re
petēt a te: q̄ aūt paraſti cuiꝰ erūt?
Sic eſt q̄ ſibi theſaurizat: ⁊ nō eſt ī
deo diues. Dixitq; ad diſcipulos ſu
os. Ideo dico vobis Nolite ſollici
ti eſſe aīe vr̄e q̄d māducetꝫ: neq; cor
pori vr̄o q̄d īduamini. Aīa plus eſt
q̄ eſca: ⁊ corpus pluſq̄ veſtimētū.
Cōſiderate coruos / qꝛ nō ſeminā̄t
neq; metunt: quibus nō eſt celariū
neq; horreum: ⁊ deus paſcit illos.
¶ Dñica.xv. ad miſſam. Officium
INclina dñe aurē tuā ps.8
ad me ⁊ exaudi me ſal
uum fac ſeruum tuū
deus meus ſperātem
in te: miſerere michi
dñe qm̄ ad te clamaui tota die. Ps.
Letifica animā ſerui tui: qm̄ ad te
dñe animam meā leuaui. Oratio.
CVſtodi dñe q̄s eccleſiā tuam
propiciatione ꝑpetua ⁊ q̄ ſi
ne te labitur humana mortalitas
tuis ſp̄ auxiliis ⁊ abſtrahat a noxiꝭ
⁊ ad ſalutaria dirigat. Per. Ad gal.
FRatres. Si ſpiritu viuimꝰ / 6.
ſpū ⁊ ābulemus. Nō efficia B
mur inanis glorie cupidi: iuicē pro

vocãtes/ĩuicẽ ĩuidẽtes. Fratres ⁊
ſi p̄occupatꝰ fuerit homo ĩ aliquo
delicto: vos qui ſp̄uales eſtis hmõi
inſtruite ĩ ſp̄ũ lenitatis Cõſiderãs
teip̄m: ne ⁊ tu tẽteris. Alter alteri
us onera portate: ⁊ ſic adimplebi
tis legem xp̄i. Nã ſi q̄s ſe exiſtimat
aliq̄d eſſe cũ nichil ſit: ipſe ſe ſedu
cit. Opꝰ aũt ſuũ ꝓbet vnuſquiſq; ⁊
ſic in ſemetipſo tm̃ gliam habebit
et nõ ĩ altero. Vnuſquiſq; enĩ onꝰ
5 ſuũ portabit. Cõicet aũt is qui ca
thecizatur vbo: ei q̄ ſe cathecizat ĩ
oĩbus bonis Nolite errare: deꝰ nõ
irridet Que enĩ ſeiauerit hõ: hec ⁊
metet. Qm̃ q̄ ſemiat ĩ carne ſua: de
carne ⁊ metet corruptionem. Qui
aũt ſeminat in ſp̄ũ: de ſp̄ũ metet vi
tã eternã. Bonum aũt faciẽtes nõ
deficiamꝰ: tp̄e enĩ ſuo metemꝰ nõ
E deficiẽtes. Ergo dũ tp̄s habemus
operemur bonũ ad oẽs. Maxie autẽ
ad domeſticos fidei. Gr. Bonũ eſt
cõfidere dño q̄ cõfidere in hoĩe. V.
Bonũ eſt ſperare in dño q̄ ſperare
in p̄ncipibus. Allã. V. Paratum
cor meũ deꝰ/ paratũ cor meũ cãta
bo ⁊ pſallã tibi ĩ glia mea. S. mat.
In illo tp̄e. Dixit ieſꝰ diſcipu
lis ſuis. Nemo poteſt duobꝰ
dñis ſeruire. Aut enĩ vnũ odio ha
bebit ⁊ alterũ diliget: aut vnũ ſuſti
nebit et alterũ ↄtẽnet. Nõ poteſtis
D. deo ſeruire et mãmone. Ideo dico
vobis: ne ſolliciti ſitis aĩe vr̃e q̄d mã
ducetis/ neq; corpori vr̃o q̄d idua
mini Nõne aĩa plꝰ eſt q̄ eſca: ⁊ cor
pꝰ pluſq̄ veſtimẽtũ? Reſpicite vo
latilia celi q̃m nõ ſerũt neq; metũt
neq; ↄgregãt ĩ horrea: ⁊ pr̃ vr̃ cele
ſtis paſcit illa Nõne vos magis plu
ris eſtis illis? Quis aũt vr̃m cogi
tãs põt adijcere ad ſtaturã ſuã cu
bitũ vnũ? Et de veſtimẽto q̄d ſolli
citi eſtis. Cõſyderate lilia agri quõ
creſcũt. Nõ laborãt: neq; nent. Di
co aũt vobis: q̃m nec ſalomon ĩ oĩ
glia ſua/ coopertus et ſicut vnũ ex
iſtis. Si aũt fenũ agri q̄d hodie eſt
et cras in clibanũ mittit deꝰ ſic ve
ſtit: q̄tomagis vos minime fidei?
Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes
quid mãducabimꝰ aut q̄d bibemꝰ:
aut quo operiemur? Hec eĩ oĩa gẽtes
inq̄runt. Scit enĩ pater vr̃: q2 his
oĩbus indigetis. Querite ergo p̄
mum regnum dei: ⁊ iuſticiã eius/
et hec oĩa adijciẽtur vobis. Offr. ꝑ.39.
Expectãs expectaui dñm et reſpe
xit me: ⁊ exaudiuit dep̄cationẽ me
am: et immiſit in os meum cãticũ
nouũ carmẽ deo noſtro. Secreta.

Concede nobis dñe q̄s vt hec
oblatio ſalutaris ⁊ nr̃orũ fiat
purgatio pcõrũ: ⁊ tue ꝓpiciatio pie
tatis. P. Cõio Qui mãducat carnẽ
meã ⁊ bibit meũ ſãguinẽ in me ma
net ⁊ ego ĩ eo: dicit dñs. Poſtcõio

Purificẽt ſemper et muniant
tua ſacramenta nos deus: ⁊
ad ꝑpetue ducãt ſaluationis effe
ctum. P. ¶ Feria. iiij. ad timotheũ

Chariſſime: Scimus autẽ q2
bona eſt lex: ſi quis ea legiti 1. c. 1
me vtat. Scientes hoc q2 iuſto nõ B
eſt lex poſita: ſed iniuſtis et nõ ſub
ditis/ ip̄ijs et pctõribꝰ: ſceleratis
et ↄtaminatis/ patricidis ⁊ matri
cidis/ homicidis/ fornicarijs/ ma
ſculorum concubitoribus/ plagia
rijs/ mẽdacibus et periuris. Et ſi
q̄d aliud ſane doctrine aduerſatur
q̄ eſt ſcd̃m euãgeliũ glorie beati dei
quod creditũ eſt michi. Grãs ago C
ei q̄ me cõfortauit in xp̄o ieſu dño
nr̃o: quia fidelẽ me exiſtimauit po
nẽs ĩ miſterio q̄ p̄us fui blaſphemꝰ
⁊ pſecutor ⁊ ↄtumelioſꝰ Sȝ miam
dei ↄſecutꝰ ſũ: q2 ignorãs feci ĩ icre
dulitate. Sup̄abũdauit ãt grã dñi
nr̃i cũ fide et dilectiõe q̄ eſt in xp̄o
ieſu dño nr̃o. Secundum Lucam.

20.c. IN illo tp̄e. Factū eſt in vna
A diez docēte ieſu ppl'z i tēplo
et euāgelizante ɔuenerūt p̄ncipes
ſacerdotū ⁊ ſcribe cum ſeniorib9 ⁊
aiūt dicētes ad illū. Dic nob̄ i qua
ptāte hec facis/aut quis eſt qui de
dit tibi hāc ptātē? Rn̄dens aūt ieſ9
dixit ad illos. Interrogabo vos ⁊ ego
vnū ſermonē: rn̄dete mihi. Baptiſ
m9 iohis de celo erat: an ex hoib9?
At illi cogitabāt itra ſe dicētes. Qu
ſi dixerim9 de celo: dicet nob̄. Qua
B re ergo nō crediſtis illi? Si autē di
xerimus ex hominibus: plebs vni
uerſa lapidabit nos. Certi ſūt em̄
iohannem prophetam eſſe. Et re
ſponderunt ſe neſcire: vnde eſſet.
Et ieſus ait illis. Neq3 ego dico vo
bis: in qua poteſtate hec facio.

¶ Dnica.xvi. Ad miſſam. Officiū

ps.85 MIſerere michi domīe
q̄m ad te clamaui to
ta die q̄m tu dn̄e ſua
uis et mitis es et co
pioſus i miſericordia
eodē oibus inuocātib9 te. ℣. Inclina dn̄e
aurem tuā et exaudi me: quoniam
inops et pauper ſum ego. Oratio.

ECcleſiam tuam queſum9 dn̄e
miſeratio continua mundet
et muniat: et quia ſine te nō poteſt
ſalua conſiſtere tuo ſemper mune
re gubernetur. p dn̄z. Ad epheſios.

3.ca. FRatres: Obſecro vos ne de
C ficiatis i tribulatiōib9 meis
pro vobis: q̄ eſt glia vr̄a. Hui9 rei
gr̄a/flecto genua mea ad patrē do
mini mei ieſu xp̄i: ex quo omnis pa
ternitas i celis ⁊ i terra nōiat̄. Vt
det vobis: ſcd̄m diuitias glorie ſue
virtutē corroborari p ſpiritū eius
D in interiore homine xp̄m habitare
p fidē in cordib9 vr̄is. In caritate
radicati ⁊ fundati: vt poſſitis com
prehendere cū oib9 ſanctis q̄ ſit lati
tudo/lōgitudo ⁊ ſublimitas/ ⁊ p
fūdū. Scire etiā ſupeminētē ſciētie
caritatē xp̄i: vt impleamini i oēm ple
nitudinē dei. Ei aūt q̄ potēs eſt oīa
facere ſupabundant̄ q̄ petim9 aut
itelligim9: ſcd̄m virtutē q̄ opat̄ in
nob̄. Ipi glia i eccl̄ia: ⁊ i xp̄o ieſu
In oēs gn̄ationes: ſcli ſclo℞ amē.

Gr̄. Timebūt gētes nomē tuū dn̄e ꝑ10
et oēs reges terre gloriā tuam. ℣.
Qm̄ edificauit dn̄s ſyō: et videbit̄
i maieſtate ſua. Allā. ℣. Qui timēt
dn̄m ſperēt i eū: adiutor et ptector
eorum eſt. ¶ Secundum Lucam.

IN illo tp̄e. Ibat ieſ9 i ciuita 7.c
tē q̄ vocat̄ naym: ⁊ ibāt cū eo
diſcipli ei9 ⁊ turba copioſa. Cū aūt
appropiquaret porte ciuitat̄. ecce
defūct9 efferebat̄ fili9 vnicus mr̄is
ſue. Et hec vidua erat: ⁊ turba ciui
C tatis multa cū illa. Quā cū vidiſſet
ieſ9: mīa mot9 ſup eā dixit illi. No
li flere. Et acceſſit: ⁊ tetigit loculū.
Hi aūt q̄ portabāt: ſteterūt. Et ait
Adoleſcēs tibi dico ſurge. Et reſe
dit q̄ erat mortu9 ⁊ cepit loq̄ ⁊ dedit
illū mr̄i ſue. Accepit aūt oēs timor
⁊ magnificabāt deū dicētes. Qr p
pheta magn9 ſurrexit i nobis: ⁊ q
deus viſitauit plebem ſuam. Offr̄.
Dn̄e in auxilium meū reſpice: con
fundantur ⁊ reuereant̄ qui querūt
aiam meā vt auferāt eā. Secreta.

TUa nos dn̄e q̄s ſacramēta cu
ſtodiāt: et cōtra dyabolicos
tueāt̄ ſp incurſ9. p. Cō. Dn̄e memora
bor iuſticie tue ſoli9: de9 docuiſti ꝑ7
me a iuuētute mea: ⁊ vſq3 i ſenectā
⁊ ſeniū de9 ne derelīq̄s me. Pꝰcō.

MEntes noſtras ⁊ corpa poſſi
deat queſumus dn̄e doni ce 4.c
leſtis opatio: vt nō nr̄ ſenſ9 i nob̄ B
ſed iugiter eius preueniat effect9.
Per. Feria quarta. Ad colocenſes

FRatres. Videte ne q̄s vos de 2.c
cipiat per philoſophiā ⁊ ina B
nem fallaciam ſecūdū traditionē

hoim: ſcđm elementa mūdi et non
ſcđm xp̄m. Qꝛ i ipo hītat oīs pleni
tudo diuinitatis coꝛpoꝛalit᷑: et eſtꝫ
i illo repleti ꝗ eſt caput oīs pꝛincipa
tꝰ ⁊ poteſtatis. In quo ⁊ circūciſi
eſtis circūciſiōe nō manufacta nō
i expoliatiōe coꝛpoꝝ carnis ſꝫ i cir
cūciſione xp̄i. Cōſepulti enī in ba-
ptiſmo: in quo ⁊ reſurrexiſtis ꝑ fi-
dem operatiōis dei / ꝗ ſuſcitauit il
C. lum a moꝛtuis. Et vos cum eſſetis
moꝛtui in delictis ⁊ i pꝛeputio car
nis vr̄e: cōuiuificauit cū illo. Do
nans vobis: oīa delicta. Per ieſū
xp̄m: dn̄m nr̄m. Secundū marcū.
ia. In illo tp̄e. Venit ieſꝰ bethſai
C. da ⁊ adducūt ei cecū Et roga
bāt eū: vt illū tāgeret. Et appꝛehen
dēs manū ceci: eduxit eū extra vi-
cū Et expuēs i oclos eiꝰ: īpoſitꝫ ma
nibꝰ ſuis īterrogauit eū ſi aliqd vi
deret. Et aſpiciēs ait. Video hoīes
velut arboꝛes ābulātes Deīdē iterū
īpoſuit manꝰ ſup oclos eiꝰ: ⁊ cepit
videre. Et reſtitutus ē: ita vt vide
ret clare oīa. Et miſit illū i domū
ſuā: dicēs. Vade i domū tuā: et ſi i
vicum introieris: nemini dixeris.
p.rr Dn̄ica. xvii. Ad miſſā. Officium
Iuſtꝰ es dn̄e ⁊ rectū iu
dicium tuū fac cū ſer
uo tuo ſecūdū miām
v⁹. tuā. Ps. Beati imma
culati in via: qui am
bulant in lege domini. Oꝛatio.
Tua nos dn̄e q̄ſ gr̄a ſemper ⁊
pꝛeueniat ⁊ ſequat᷑ ac bonis
opꝛibus iugiter pꝛeſtet eſſe inten
tos. Per dominum. Ad epheſios.
4.ca Fratres. Obſecro itaq; vos
B ego vinctꝰ i dn̄o vt digne ā-
buletis / vocatiōe qua vocati eſtis
Cū oī humilitate ⁊ manſuetudine
cū patiētia ſuppoꝛtātes īuicē i ca-
ritate. Sollicit i ſeruare vnitatē
ſpūs: i vīculo pacis. Vnū coꝛpꝰ et
vnꝰ ſpūs: ſicut vocati eſtꝫ i vna ſpe
vocatiōis vr̄e. Vnꝰ dn̄s: vna fides B.
vnū baptiſma. Vnus deꝰ: et pater
oīm: ꝗ ſup oēs / et ꝑ oīa / et in oībꝰ
nobis Qui eſt bn̄dictꝰ: in ſcl'a ſcl'o
rū amen. Gr. Btā gēs cuiꝰ eſt dn̄s p.32
deꝰ eoꝝ ppl's quē elegit dn̄s i here-
ditatē ſibi. v. Verbo dn̄i celi firma
ti ſūt ⁊ ſpū oꝛꝫ eiꝰ oīs virtꝰ eoꝝ. Al
v. Dextera dn̄i fecit virtutē dextra
dn̄i exaltauit me. Secundū lucam
In illo tp̄e. Cū ītraret ieſus i 14.c
domū cuiuſdā pꝛincipis phari A.
ſeoꝝ ſabbato mādūcare panē ⁊ ipi
obſeruabāt eū. Et ecce hō quidam
ydꝛopicꝰ: erat āte illū. Et rn̄dēs ie
ſus: dixit ad legiſꝑitos ⁊ phariſeos
dicēs. Si licet ſabbato curare? At
illi tacuerūt. Ipē vo appꝛehēſum ſa
nauit eū: ac dimiſit Et rn̄dēs ad il
los: dixit. Cuius veſtrū aſinus aut
bos in puteū cadet: ⁊ nō ꝯtinuo ex
trahet illū die ſabbati? Et nō pote B.
rant ad hec reſpōdere illi. Dicebat
aūt ⁊ ad inuitatos parabolā intē-
dēs quō pꝛimos accubitꝰ eligerent:
dicēs ad illos. Cū inuitatꝰ fueris
ad nuptias: nō diſcūbas in pꝛimo lo
co / ne foꝛte honoꝛatioꝛ te ſit iuita
tus ab illo. Et veniēs is ꝗ te ⁊ illū
vocauit: dicat tibi da huic locū Et
tūc īcipias cū ruboꝛe nouiſſimū lo
cū tenere. Sed cū vocatꝰ fueris va
de / recūbe i nouiſſimo loco. Vt cū
venerit qui te inuitauit: dicat tibi
Amice: aſcēde ſuperiꝰ. Tūc erit ti C.
bi gl'ia: coꝛā ſimul diſcūbētibꝰ Qꝛ
omnis ꝗ ſe exaltat hūiliabit᷑: ⁊ ꝗ ſe
humiliat exaltabit᷑. Offr. Oꝛaui dan
deū meū ego daniel dicēs: exaudi 9.ca.
dn̄e pꝛeces ſerui tui: illumīa faciem D
tuā ſup ſanctuariū tuū et pꝛopiciꝰ
intēde populū iſtū ſup quē inuoca
tū eſt nomen tuum deus. Secreta.
Munda nos queſumus dn̄e ſa
crificij pꝛeſētis effectu ⁊ per

p̄.75 fice miseratꝰ ī nobis: vt grāꝰ mereamur esse participes. p. Cō. Vouete et reddite dn̄o deo v̄ro oēs q̄ in circuitu eiꝰ affertis mūera terribili et ei q̄ aufert spm̄ principū terribili apud oēs reges terre. Postcōio.

Purifica dn̄e q̄s mentes nr̄as benignꝰ ⁊ renoua celestibus sacramētis: vt ꝯsequēter ⁊ corpoꝝ p̄sens parit ⁊ futuꝝ capiamꝰ auxiliū. p. ¶ Fer. iiij. Ep̄la. Si ei ī vnius. Euāg. Cū venisset iesꝰ ⁊ disci. Require in fer. iiij. post dn̄icā. xxiij. fol. cix. ¶ Dn̄ica. xviij. Officium.

eccl. 36 C Da pacē dn̄e sustinētibꝰ te vt pphete tui fideles inueniant: exaudi p̄ces serui tui ⁊ plebis tue isrl̄. p̄s Letatꝰ sū ī his q̄ dicta sūt michi ī domū dn̄i ibimꝰ. p̄.121 Or.

Da q̄s dn̄e pplo tuo dyabolica vitare ꝯtagia ⁊ te solū deum pura mēte sectari. p. Ad corinthios.

1. c. 1 A Fratres: Grās ago deo meo sēp p vobis ī grā dei q̄ data est vobis ī xp̄o iesu. Qr̄ ī oībꝰ diuites facti estꝭ ī illo: ī oī vbo ⁊ in oī sciētia Sicut testioniū xp̄i ꝯfirmatū ē ī vobꝭ: ita vt nichil vobꝭ desit ī vlla grā expectātibus reuelationē dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Qui ⁊ ꝯfirmabit vos vsq͂ ī finē sine crimīe: ī die p̄.121 aduentꝰ: dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Gr. Letatꝰ sū ī his q̄ dicta sūt michi ī domum dn̄i ibimꝰ. V. Fiat pax ī vtute tua et abūdātia ī turribꝰ tuis. Allā. V. Letatꝰ sū ī his q̄ dicta sūt michi in domū dn̄i ibimꝰ. V. Stātes erāt pedes nr̄i ī atrijs tuis hierl̄m. Isti duo V. dn̄r p ebd̄. alternis vicibꝰ: ita tn̄ q̄ V Stātes. dn̄o. dr̄ q̄n de fer. agit. Et si nulla fer. p hāc ebd̄. ad hoc vacauerit / tunc vltimus V. eo anno oīno pretermittatur. S. matheum

IN illo tp̄e: Accesserūt ad iesū pharisei: et iterrogauit eum vnus ex eis legisdoctor tentās eū. 22.c D Magister: quod est mādatum magnū in lege. Ait illi iesus. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo: et in tota aīa tua / ⁊ in tota mēte tua Hoc est maximū: et primū mandatum Scd̄m aūt: simile est huic. Diliges proximū tuū: sicut teipsum. In his duobꝰ mandatis vniuersa lex pēdet ⁊ prophete. Cōgregatis autem phariseis: iterrogauit eos iesus dicēs. Quid vobis videtur de xp̄o: cuius filius est. Dicūt ei. Dauid. Ait illis. Quō ergo dauid in spū vocat eū dn̄m dicens. Dixit dn̄s dn̄o meo / sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos / scabellum pedū tuoꝝ. Si ergo dauid vocat eū dn̄m: quō filius eius est? Et nemo poterat respōdere ei verbū: neq͂ ausus fuit quisq̄ ex illa die: eū ampliꝰ iterrogare. Offer. Sanctificauit moyses altare dn̄o offerēs super illud olocausta / ⁊ immolans victimā fecit sacrificium vespertinū in odorē suauitatis dn̄o deo ī ꝯspectu filioꝝ israel. Secreta

In illo tp̄e: Sedēs ieſꝰ cōtra gazophilacium: aſpiciebat quō turba iactaret es ī gazophilaciū. Et mlti diuites: iactabāt multa. Cū veniſſet aūt vna vidua paupcula miſit duo minuta q̄d eſt quadrās. Et cōuocās diſcipulos ſuos: ait illis. Amē dico vobis: q2 vidua hec paupcula plus oībꝰ miſit q̄ miſerūt ī gazophilaciū Oēs eī ex eo q̄d abundabat illis miſerūt: hec vo de penuria ſua oīa q̄ habuit/ miſit totū victū ſuū. Offm̄. Exaudi deꝰ orōnē meā/ ⁊ ne deſpexerꝭ deꝓcationē meā intēde in me et exaudi me. In tp̄e paſc. allā. Sequētes duo. ℣. cū ſuis alꝉis dicūtur īfra aduētū do. et a ſep. vſq; ad. l. tm̄. ℣. Cōturbatꝰ ſū a voce inimici et a tribulatione pctōris: ⁊ expectabā eū q̄ me ſaluū faceret. ℣. Ego aūt ad deū clamaui libera aīam meā et extendes manū tuā in retribuendo illis. Secreta.

Miſerere q̄s domine famulis et famulabus tuis pro q̄bus hoc ſacrificiū laudis tue offerimꝰ maieſtati: et p̄ſta vt per hec ſancta ſuperne bn̄dictiōis grām obtineāt et gliam etne felicitatis acq̄rāt. P. Coīo. Amen dico vobis: q̄cq̄d orātes petitis credite q2 accipietis ⁊ fiet vobis. In te. pa. allā al'. Poſtcō.

Diuina libantes myſteria q̄s dn̄e vt hec ſalutaria ſacramēta illis proficiāt ad proſperitatem et pacē ꝓ quoꝝ quarūq̄ dilectione hec tue obtulimus maieſtati. Per.

¶ In cōmemoratiōe ſcti ſpūs. Offm̄.

Spiritꝰ dn̄i repleuit orbem terraꝝ allā/ ⁊ hoc q̄d cōtinet oīa ſciētiā habet vocis allā allā allā. ps. Exurgat deꝰ et diſſipētur inimici eiꝰ/ et fugiant qui oderūt eū a facie eiꝰ. Orō.

ſap. i. ca. B

Deus q̄ corda fideliū sctī spūs illustratione docuisti/ da nobis ī eodē spū recta sapere: ⁊ de ei⁹ sēper ꝯsolatione gaudere. p̄ dn̄. in vnitate eiusdē. Lectō actuū aplōꝝ.

8. ca. C. In dieb⁹ illis: Cū audissēt apli q̄ erant hierosolimis q̄ recepisset samaria vbū dei: miserūt ad eos petrū ⁊ iohānē. Qui cū venissent orauerūt p̄ ipsis: vt acciperēt spm̄ sctm̄. Nōdū eni in quēq̄ illoꝝ venerat: sȝ baptizati tantū erāt in noīe dn̄i iesu. D Tūc iponebāt man⁹ sup illos: et accipiebāt spm̄ sctm̄.

Gr. Btā gēs cui⁹ est dn̄s de⁹ eoꝝ ppl'ē quē elegit dn̄s ī hereditatē sibi. V. Verbo dn̄i celi firmati sūt et spū oris ei⁹ oīs virt⁹ eoꝝ. Allā. V⁹. Veni scte spūs reple tuoꝝ corda fideliū ⁊ tui amoris ī eis ignē accēde. In tp̄e pas. 1. All. V. Emitte spm̄. V. Allā. V⁹. Veni scte. Vt s. S. iohēm.

14. c. C. In illo tp̄e: Dixit ies⁹ discipulis suis. Si q̄s diligit me: sermonē meū seruabit. Et pr̄ me⁹ diliget eū: ⁊ ad eū veniem⁹/ ⁊ mānsionē apd̄ eū faciem⁹. Qui nō diligit me sermōes meos nō seruat. Et sermonē quē audistis nō est me⁹: sȝ ei⁹ q̄ misit me pr̄is. D Hec locut⁹ sū vobis apud vos manēs. Paraclitus aūt spūs sctūs quē mittet pr̄ ī noīe meo ille vos docebit oīa/ ⁊ suggeret vobis oīa q̄cunq̄ dixero vobis. Pacē relinquo vobis pacē meā do vobis Nō quō mund⁹ dat: ego do vobis Nō turbetꝰ cor vr̄m: neq̄ formidet Audistis q̄ ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq̄ q̄ vado ad pr̄em: q̄ pr̄ maior me est. Et nūc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis. Iā nō multa: loquar vobiscū. Venit eī princeps mūdi hui⁹: et ī me nō habet q̄cq̄ Sed vt cognoscat mundus q̄ diligo pr̄em. Et sicut mandatū dedit michi pater: sic facio. Offr̄. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a tēplo tuo quod est in hierusalē tibi offerent reges munera allā. Secreta.

Munera q̄s dn̄e oblata sctifica: ⁊ corda nr̄a sctī spūs illustratione emūda. p̄ eū. ī vni. Pref. Qui ascē. Nō dr̄ ī hac p̄fa. hodierna die. nisi in ebd̄. pēth. tm̄ Cō. Factus est repēte de celo son⁹ aduenientis spūs vehemētis vbi erāt sedētes allā ⁊ repleti sūt oēs spū scō loquētes magnalia dei allā allā. Postcō.

Sancti spūs dn̄e corda nr̄a mūdet īfusio: et sui roris intima aspersione fecundet. p̄. in vnitate.

C In comme. corporis xp̄i. Offm̄.

Cibauit eos ex adipe frumēti alleluya et de petra melle saturauit eos allā alleluya alleluya. Ps. Exultate deo adiutori nr̄o: iubilate deo iacob. Or.

Deus qui nobis sub sacramēto mirabili passiōis tue memoriā reliq̄sti tribue quesum⁹: ita nos corporis ⁊ sāguinis tui sacra mysteria venerari: vt redēptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis. Ad corinthios

Fratres: Ego enim accepi a dn̄o quod et tradidi vobis: quoniā dn̄s iesus in qua nocte tradebatur accepit panē et gr̄as agēs fregit et dixit. Accipite et māducate: hoc est corp⁹ meū qd̄ pro vobis tradetur. Hoc facite: in meā cōmemorationē Similit ⁊ calicē: postq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamētū est ī meo sāguine: hoc facite quotiēscūq̄ sumitis ī meā cōmemorationē Quotiēscūq̄ eni māducabitis panē hūc et calicē bibetis: mortem dn̄i annunciabitis donec veniat. Itaq̄ quicūq̄ manducaue erit panē vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis et sāguinis dñi. Probet aūt seipsū hō: et sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui eīm māducat & bibit īdigne / iudiciū sibi māducat & bibit: nō dyiudicās corpꝰ dñi. Gr. Oculi oīm in te sperāt dñe: et tu das illis escā in tp̄e oportuno. ṽ. Aperis tu manū tuā et imples omne aīal bñdictione. Allā. ṽ. Caro mea vere est cibꝰ / & sāguis meꝰ vere est potus: q̄ māducat meā carnē et bibit meū sanguinē: in me manet et ego in eo. Sc̄dm iohānē.

In illo tp̄e: Dixit iesꝰ discipulis suis: & turbis iudeoꝝ. Caro mea vere est cibꝰ: et sāguis meꝰ vere est potꝰ. Qui māducat meā carnē et bibit meū sanguinē: ī me manet et ego ī illo. Sicut misit me vivēs pr̄: et ego vivo ppt̄ patrē. Et q̄ māducat me: et ipse vivet ppter me. Hic ē panis: q̄ de celo descēdit. Nō sicut māducaverūt patres vr̄i māna in deserto / et mortui sunt. Qui māducat hunc panē: vivet ī eternū. Offer. Sacerdotes dñi incēsum & panes offerūt deo: & ideo sc̄ti erūt deo suo: & nō polluent nomē eiꝰ. Secr.

Ecclesie tue q̄s dñe unitatis et pacis propicius dona cōcede: q̄ sub oblatis muneribꝰ mystice designant. Per. Pref. Qr p incarnati. Cōio. Quotienscunq; māducabitis panē hūc et calicē bibetis: mortem dñi ānūciabitis donec veniat: itaq; quicunq; manducaverit panē vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis et sāguinis dñi allā. Postcō.

Hac nos q̄s dñe divinitatis tue sempiterna fruitiōe repleri: quā preciosi corporis & sāguinis tui tēporalis perceptio pfigurat. Q vi. ¶ Sciēdū est q̄ missa de cruce dr̄ oī vi. fer. a Deꝰ oīm. usq; ad adūt. dñi nisi fest. ix. lc. impediat vel oc. cū regimīe chori vel dies octa. vel q̄ ex necessitate oporteat agere missā dñicalē vel aliqd̄ tale fest. iij. lc. qd̄ aliqd̄ ppriū h̄z ser. Si vo ī. vi. fer. aliqd̄ fest. ix. l. eve. unde nullū ppriū habeat servitiū tūc ē ī dispositiōe cātoris dicere missā de cruce vel nō. Cū vo. vi. fer. oīno a fest. vacaverit: qn̄ op; ex necessitate dicere missā dñicalē sp̄ īfra pdictū tp̄s dr̄ missa de cruce q̄uis oēs hore dicant de fer. & nulla fiat me. de missa dñicali: tñ si oporteat dicere mis. oīno pt̄ermittat̄ mis. de cruce. ¶ Ad missā de cruce.

Salꝰ ppli.

Nos aūt gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu xp̄i: in quo est salus / vita et resurrectio nr̄a: per quē salvati et liberati sumus. Ad gal 6. ca D. In tp̄e pasc. allā allā. Ps. 66 Deus misereatur nr̄i et benedicat nobis: illuminet vultū suū super nos: et misereatur nostri. Nō dr̄. Glia in excel. Oratio.

Deus q̄ unigeniti filij tui dñi nr̄i iesu xp̄i precioso sanguine vivifice crucis vexillum sanctificare voluisti / concede q̄s eos qui eiusdē sc̄tē crucis gaudent honore tua quoq; ubiq; protectione gaudere. Per eundem. Ad philippenses.

Fratres: Xp̄s factus est p nobis obediens usq; ad mortem 2. ca B. mortem aūt crucis. Propter quod et deꝰ exaltavit illum: et donavit illi nomē qd̄ est sup oē nomē / ut in noie iesu oē genu flectat̄ / celestiū / terrestriū et infernoꝝ. Et ōis lingua cōfiteat̄: q2 dñs nr̄ iesꝰ xp̄s: in glia est dei pr̄is. Gr. Xp̄s factus est pro nobis obediēs usq; ad mortē: mortē aūt crucis. Ad phil 2. ca B. ṽ. Propter quod et deꝰ exaltavit illum: et dedit illi nomē qd̄ est sup omne nomē. Allā. ṽ. Dulce lignū dulces clavos dulcia ferēs pondera q̄ sola fuisti digna sustinere regem celorum et dñm. a. T. In

Ad. gal. 6.ca tp̄e pa. allā. Nos aūt gl'ari oportet i cruce dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. S. mat.

M. 20.c B In illo tp̄e: Aſcēdēs ieſ⁹ hieroſolimā: aſſūpſit duodeci diſcipulos ſuos ſecreto: ⁊ ait illis Ecce aſcēdim⁹ hieroſolimā: et fili⁹ hoīs tradet̄ p̄ncipib⁹ ſacerdotū ⁊ ſcribꝭ ⁊ ɔdēnabūt eū morte. C Et tradēt eū gētib⁹ ad illudēdū ⁊ flagellādū/ et crucifigēdū: et tertia die reſurget.

Offr. Protege dn̄e plebē tuā per ſignū ſctē crucis ab oībus inſidijs inimicorū oīm vt tibi gratā exhibeam⁹ ſeruitutē ⁊ acceptabile tibi fiat ſacrificiū nr̄z. Ī tp̄e pa. allā. Secr.

Hec oblatio q̄s dn̄e ab oīb⁹ nos purget offenſis: q̄ in ara crucis imolata etiā toti⁹ mūdi tulit offēſas. p. Pref. Qui ſalutē. Cō. Per lignū ſerui facti ſum⁹: ⁊ p ſanctā crucē liberati ſum⁹/ fruct⁹ arboris ſeduxit nos: fili⁹ dei redemit nos allā. Et finiat cū Allā. q̄ncūq̄ dicitur ītra .lxx. vſq̄ ad paſc. Po⁹cō.

Adeſto nobis dn̄e de⁹ noſter: et quos ſctē crucis letari facis honore: ei⁹ quoq̄ ꝑpetuis defēde ſubſidijs. Per. C Sctus bonifacius papa egrotauit vſq̄ ad mortē q̄ iſtāter petijt a deo vitā i hoc ſeculo ſibi ꝓlongari. Ad quē miſit dn̄s ſctm̄ raphaelē archāgelū cū officio miſſe de q̄nq̄ vulnerib⁹ xp̄i/ dicēs ad papā. Surge ſcribe iſtud offm̄ ⁊ dicas ipſū q̄nq̄ vicib⁹: ⁊ ɔtinuo recipies ſanitatē. Et quicūq̄ ſacerdos hoc offm̄ deuote p ſe vl' p alio egrotāte celebrauerit q̄nq̄es: hic ſanitatē et grāz recipiet ⁊ i futuro vitā eternā poſſidebit: ſi i bono ꝑſeuerauerit. Et i quacūq̄ tribulatiōe hō extiterit i hoc ſeclo ſi ꝓcurauerit a ſacerdote hoc offm̄ q̄nq̄es p ſe legi ſine dubio liberabit̄. Et ſi p aīa defūcti legat̄ ſtatī poſtq̄ cōplete dictū fuerit: ſcʒ quinq̄es a penis aīa ſoluet̄. Sctus igit̄ bōifaci⁹ papa hec audiēs: ſtatī erexit ſe i loco quo iacuit īfirmat⁹ ⁊ ip̄z ɔiurauit ꝑ oīpotētē deū vt abſq̄ ſuo ꝑiclo recederet ⁊ q̄s eēt: ⁊ ad q̄d veniſſet: ſibi ɔtinuo īdicaret. Qui ſtatī dixit ſe eē archāgelū raphaelē a deo ſibi miſſū: et ſupi⁹ p̄nūciata p̄mittebat ſiñ dubio fore rata. Sanct⁹ tūc bonifaci⁹ papa offm̄ ɔfirmauit ap̄lica auctoritate tribuēs oīb⁹ vere ɔfeſſis ⁊ ɔtritꝭ ſeptimā partē remiſſiōis oīm pctōꝝ ſuoꝝ q̄ illd deuote legerit q̄nq̄ vice. Et ſic illd p̄dictū offm̄ legi ꝓcurātib⁹ quadragīta dies crīaliū ⁊ vnū ānū venialiū i dn̄o relaxauit. C Incipit offm̄ miſſe de q̄nq̄ vulnerib⁹ dn̄i nr̄i ieſu chriſti.

Humiliauit ſemetipſuʒ dn̄s nr̄ ieſus xp̄s vſq̄ ad mortē: mortē autē crucis: ꝓpter q̄d et de⁹ exaltauit illū et donauit illi nomē q̄d eſt ſup oē nomē. Ps. Miās dn̄i: in eternū cātabo. Et di. Gloria in excelſis, niſi per aduētū et a .lxx. vſq̄ ad paſcha. Oratio.

Domie ieſu xp̄e fili dei viui q̄ de celo ad terrā de ſinu p̄ris deſcēdiſti: et in ligno crucis q̄nq̄ plagas ſuſtinuiſti: ⁊ ſāguinē tuū p̄cioſū i remiſſionē pctōꝝ nr̄oꝝ effudiſti te hūilit' dep̄camur: vt i die iudicij ad dexterā tuaʒ ſtatuti: a te audire mereamur illā dulciſſimā vocē: venite bn̄dicti i regnū p̄ris mei. Qui cū eod. C Addat etiā vna collecta vbi placuerit ſcd̄m nūerū et exigētiā p viuo vel p defūcto p quo iſte miſſe celebrātur. Lctō zacha. pph.

Hec dicit dn̄s deus: Effūdā de ſpū meo ſuper domū dauid/ et ſup h̄itatores hierl'm ſpm̄ grē et miſeratiōis Et aſpicient ad me: quē cōfixerunt, Et plāgent eū planctu quaſi ſup vnigenitū: ⁊ dolebūt ſup eū vt doleri ſolet in morte p̄mogeniti. In die illa / erit planct⁹ magn⁹ in hierl'm: et dicet ei. Que ſunt iſte plage: i medio manuū tuarū? Et dicet. His plagat⁹ ſum i domo eorū: q̄ me diligebāt Framea ſuſcitare ſup paſtorē meū: ⁊ ſup virū coherētē michi: dicit dñs exercituū Percute paſtorē: ⁊ diſpgēt oues. Dicit dñs exercituū. ℟ Improperiū expectauit cor meū et miſeriā et ſuſtinui: q̄ ſimul cōtriſtaret et nō fuit ꝯſolātē me q̄ſiui et nō īueni. ℣. Et dederūt i eſcā meā fel: ⁊ i ſiti mea potauerūt me aceto. Allā. ℣ Aue rex noſter ieſu xp̄e tu ſol⁹ nr̄os errores et reat⁹ miſerat⁹ ptuliſti p̄ri obediēs duct⁹ es ad crucē vt agn⁹ māſuet⁹ ad occiſionē tibi gloria oſanna tibi ſumme laudis ⁊ honeſtatis chorea. Tr.

Iudica me de⁹ et diſcerne cauſā meā de gēte nō ſctā ab hoīe iniquo ⁊ doloſo erue me. ℣. Qr tu es de⁹ fortitudo mea quare me repuliſti: ⁊ quare triſtis incedo dū affligit me inimic⁹? ℣. Teſtes ei iniq̄ īſurrexerūt aduerſū me ⁊ mētita ē iniq̄tas ſibi. ℣ Supra dorſū meū fabricauerūt pctōres plōgauerūt iniq̄tatē ſuā. ℣ Ipſi vo ꝯſiderauerūt ⁊ īſpexerūt me diuiſerūt ſibi veſtimēta mea: ⁊ ſr̄ veſtē meā miſerūt ſortē. ℣ Foderūt man⁹ meas et pedes meos dinūerauerūt oīa oſſa mea et dolorē ſup dolorem vulnerib⁹ meis addiderūt. Seq̄.

Cenā cū diſciplis xp̄e celebraſti: ⁊ mortē aplis palā nūciaſti ⁊ auctorē ſceleris iudā demōſtraſti et egreſſ⁹ ptin⁹ ortulū intraſti. Tūc pcidēs dñs humi ſe proſtrauit ⁊ trāſferri calicē a ſe poſtulauit: ſꝫ p̄ris arbitrio illud ꝯmēdauit ⁊ ecce mox ſanguis ſudor emanauit. Iudas poſt hoc oſculū ori tradit xp̄i: ad q̄d inq̄t dñs amice veniſti: nūquid trades oſculo quē iā vendidiſti amātes ptin⁹ irruūt miniſtri? Nox in ſōnis itaq; illa ducebat: nulla prorſus req̄es ieſu p̄ſtabat: magiſtrorū impia plebs iniuriat alapis ⁊ colaphis inocēs mactat. Dū ieſū eripe pplat⁹ conat iudeorū furia magis inflamat ⁊ tumult⁹ ppli igēs excitat et plebis vox itonat vt crucifigat. Tradit militib⁹ vinculis artat vndiq; verberib⁹ corp⁹ cruētat: caput regis glīe ſpinis coronat poſtq; flexis genib⁹ q̄ſq̄s irritat. Ecce caro tenera pij ſaluatoris ad columnā nequiter coartatur loris ſic flagellis cedit ipij tortoris q̄ emanāt riuuli vndiq; cruoris. Poſt p vrbis mediū ieſ⁹ pcedebat ⁊ crucis patibulū hūeris ferebat ad fores ad q̄s tria populus fluebat eiuſq; cōfuſio oīb⁹ patebat. Ad pudoris cumulū ieſu denudaris et ventis ac frigori nudus ſpoliaris inocēs cum ipijs in cruce dānaris ⁊ quaſi dux ſceleris medio locaris. Tēſis ligno brachijs man⁹ cōclauātur cruci caro trucibus clauis tractabantur nec ui bene ſimili modo laniātur pedes plāte etiā ferro conclauantur. Loquens ieſ⁹ poſtea ſitio dicebat et acetū ptinus felle cōmiſcebat ac infuſum ſpōgie ori porrigebat: q̄d degustās paululum ſumere nolebat. O ieſu mirifice quid eſt quod agebas: tu de ſiti conquerēs in cruce ſiliebas: nūq̄d hāc dolorib⁹ magis ſētiebas: ſed ſalutem potius noſtrā ſitiebas. Vocē pmēs vltimā patrē inuocaſti ſpiritumq; manibus ei⁹ commendaſti: cum clamore valido tandem expiraſti: ſic ſalutem oim opus conſummaſti. Nunc ego ſuperbio tu humiliaris ego culpas p petro tu pena grauaris: ego pomum mordeo tu felle potaris ego peto mollia tu dure tractaris. Demū cuius valeat mẽs vel lĩgua fari vgo itus credit q̃ptū cruciari dū cernit iã mortuū latꝰ vulnerari atq̃ nati viſcera lãcea rimari. Corpꝰ q̃d ẽ mortuū iã nil ſẽtiebat militꝭ ſꝫ lãcea pectꝰ ſfigebat quã ſtrã ĩ filij latere videbat vñ aqua ſãguine mixta effluebat. Fūdūt riuos ſãguinis fontes ſaluatoris / ꝑperãs huc aĩa currat pctõris ⁊ hauriat q̃ppiã ſacrati liquoris quo frequẽter liniat vulnera doloris. Ad hūc ergo ꝑpa fontẽ ſaluatoris vt ſitiẽtis ĩpleas viſcera dulcoris / atq̃ vide lauacrū p̃cioſū cruoris hinc tui curatio profluat languoris. Scd̃m iohannem

19.c. F. In illo tp̃e: Prieſciẽs ieſus q̃ iã oĩa cõſũmata erãt de ipſo: vt ꝯſũmaretꝰ ſcriptura dixit. Sitio. Vas ergo erat poſitū: aceto plenū. Illi autẽ ſpõgiam plenã aceto yſopo circũponẽtes: obtulerūt ori eiꝰ. Et cū accepiſſet ieſus acetū: dixit. Conſummatū eſt. Et inclinato capite tradidit ſpm̃. Iudei ergo q̃m paraſceue erat vt non remanerent in cruce corpora ſabbato (erat enĩ magnus dies ille ſabbati) rogauerunt pylatū vt frangerentur eorū crura ⁊ tollerentur. Venerūt ergo milites: et primi q̃dẽ fregerūt crura et alterius qui crucifixus eſt cū eo. Ad ieſum aũt cū veniſſent vt viderunt eū iam mortuū: non fregerunt eiꝰ crura. Sed vnus militum lancea latus eiꝰ aperuit et cõtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui vidit teſtimoniū perhibuit et verum eſt teſtimoniū eius. Offer. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui abſq̃ miã queſierūt me interficere / ⁊ non pepercerunt in faciem meã ſpuere: et lanceis ſuis vulnerauerunt me: et concuſſa ſunt oĩa oſſa mea. P26 Secr.

Domine ieſu xp̃e q̃ pro mundi redẽptiõe crucis lignū aſcẽdiſti / vt vniuerſus mūdus q̃ ĩ tenebris erat iluminaretꝰ illã q̃s lucẽ in aĩas nr̃as et corpora infunde ꝑ quã ad eternã lucẽ ꝑuenire mereamur. Qui cū p̃re ⁊ ſpũ. Prefa. Qui ſalu. Cõio. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: et dinumerauerunt omnia oſſa mea. P.2 Poſtcommunio.

Domine ieſu xp̃e qui hora diei ſexta ꝑ redẽptione mūdi crucis patibulū aſcẽdiſti: et ſanguinẽ tuū p̃cioſū ĩ remiſſionẽ pctõꝝ nr̃orū fudiſti: te humiliter dep̃camur: vt per tue paſſiõis et vulnerꝝ tuorū merita: poſt obitū nr̃m paradiſi ianuã gaudẽter mereamur introire. Qui cū p. In feſt. corone do. offi.

Gaudeamus oẽs ĩ dño diem feſtū celebrantes ſub honore corone domini de cuiꝰ ſolẽnitate gaudent angeli et et collaudant filium dei. Ps. Gaudẽt ãgeli ⁊ exultãt archãgeli letantur et cõgratulãtur oẽs ſancti. Or.

Preſta q̃s oĩp̃s deꝰ vt qui ĩ memoriã paſſionis dñi nr̃i ieſu xp̃i coronã eiꝰ ſpineã veneramur ĩ terris: ab ipſo gloria et honore coronari mereamur in celis. Qui tecum. Lectõ libri ſapiẽtie. Canticorum.

Lectulū ſalomonis ſexagĩta fortes ãbiũt ex fortiſſimis iſrael oẽs tenentes gladios: ⁊ ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſq̃ ẽſis ſup femur ſuū: ꝑpter timores nocturnos. Ferculū fecit ſibi rex ſalomõ: de lignis libani. Colũnas eius fecit argẽteas reclinatoriū aureū: aſcẽſū purpureū media caritate conſtrauit ꝑpt filias hirlm. Egredimini filie ſyõ: ⁊ videte regẽ ſalomonẽ in diademate / quo coronauit eū mater ſua ĩ die deſpõſatiõis illiꝰ / et ĩ die leticie cordis eius. Quã pulchra es amica mea / q̃ pulchra es. Oculi tui colūbaꝝ: abſq̄ eo qđ ītriſec⁹ latet. Veni de libano ſpōſa mea/ veni de libano: veni coronaberis. Allā. ꝟ. Tuā coronā adoram⁹ dñe: tuum glioſū recolim⁹ triūphū. Alla. ꝟ. Dyadema ſpineū veneremur hodie cui⁹ ꝑ aculeū ſertū datᷣ glīe. Seq̄.

SI vis vere gliari ⁊ a deo coronari honore ⁊ glia. Hāc coronā venerari ſtudeas atq̄ ſectari portātes veſtigia. Hāc celoꝝ rex portauit honorauit ⁊ ſacrauit ſacro ſuo capite. In hac galea pugnauit cū ātiquū hoſtē ſtrauit triūphās in ſtipite. Hec pugnātis galea triūphātis laurea tyara pōtificis. Primū fuit ſpinea: poſtmodū fit aurea tactu ſctī ꝟticis. Spinaꝝ aculeos virtus fecit aureos xp̄i paſſiōis. Que pctīs ſpineos mortꝭ ētne reos adpleuit bonis De malis colligitᷣ ⁊ de ſpinis plectitᷣ ſpinea ꝑuerſis Sed in aurū vertitᷣ qñ culpa tollitᷣ eiſdē ꝑuerſis Iocūda miſteria ſūt hec ſꝫ materia pñtꝭ leticie Nobꝭ eſt hyſtoria qua/ patenter francia coronatᷣ hodie. Huius coronatio corone ſuſceptio cui⁹ feſtū agim⁹ Debito cū gaudio et anniuerſario honore recolimus. Theſauro tā nobili tā deſiderabili diues es effecta Terra carens ſimili: carēs comparabili deo predilecta. Tria priuilegia regna tibi alia ſubdunt in honore. Fides et militia vnctioq̄ regia quaꝝ flores flore. Tibi o vrbs inclyta omni laude predita mater ſtudiorum. Eſt corona tradita ⁊ in te repoſita vrbs pariſiorum. In dei preconiū totum cōfer ſtudiū: totū cor appone. Que xp̄i palladium et ſacre ſacrariū facta es corone. Ieſu pie: teſu bone noſtro nobis in agone largire victoriam. Mores noſtros ſic cōpone vt perpetuo corone mereamur gloriam. Se. ſcdm Iohānē.

19.c. A. IN illo tp̄e: Apprehēdit pylatus ieſū: ⁊ flagellauit. Et milites plectētes coronā de ſpinis impoſuerūt capiti ei⁹. Et veſte purpurea circūdederūt eū: ⁊ veniebāt ad eū: et dicebant. Aue rex iudeoꝝ. Et dabant ei alapas. Exiuit iterū pylat⁹ foras: ⁊ dixit eis. Ecce adduco vobis eū foras vt cognoſcatis qꝛ ī eo nullā īuenio cauſā. Exiuit ergo ieſ⁹ portās ſpineā coronā: ⁊ purpureū veſtimētū. Credo. Offer. ps.8 Glia ⁊ honore coronaſti eū: ⁊ cōſtituiſti eū ſup opa manuū tuaꝝ dñe. Secꝛ.

TUoꝝ militū rex oīps virtutē corrobora/ vt quos ī huius mortalitatis ſtadio vnigeniti filij tui corōa letificat: et ꝯſūmato curſu certaminis/ imortalitatis brauiū apprehendāt. ꝑ eūđ. Prefat. de cruce. Cōio. p.20 Poſuiſti ī capite ei⁹ coronā de lapide precioſo. Poſtcōio.

SUpplices te rogam⁹ oīps de⁹ vt hec ſacramēta q̄ ſūpſimus per ſacroſancte filij tui corone cuius ſolennia recenſemus: virtutē nobis pficiāt ad medelā. Per eūđ.

Sabbato celebrat de btā virgine ⁊ quare ī vij. fer. de btā virgine initiū habuit. Cū ī quadā eccleſia ciuitatis Conſtātinopolitane erat ymago btē virgīs corā qua depēdebat velū qđ totā velabat ymaginē: ſꝫ hoc velū ī. vi. fe. poſt veſperas recedebat de ymagie nullo mouēte: ſolo dei miraculo quaſi deferretᷣ ī celū vt ad plenū poſſet ymago cōſpici. Celebratis veſpis ī ſab. deſcēdebat ipſū velū āte eādē ymaginē: ⁊ ibi manebat vſq̄ ī feriā. vi. ſequētē. Hoc viſo miraculo ſācitū eſt vt ſꝑ illa fer. celebretᷣ de btā virgine. Alia etiā ratio eſt: qꝛ dño crucifixo et mortuo diſcipulis fugiētibus et de reſurrectione deſperantibus/ in illa ſola tota fides remanſit. Sciebat eni quō portauerit eū ſine labore: ⁊ pepererat ſn̄ dolore/ et ideo certa erat ꝙ fili⁹ dei eſſet et a mortu⁹ tercia die reſurgere deberet: ⁊ hec eſt ratio quare dies Sabbati magis ꝙ̄ alia dies btē marie appropriatꝰ. Tercia ratio eſt/ q2 dies ſabbati eſt ianua ⁊ introitus ad dn̄icā diē/ dies aūt do. eſt dies requiei/ et ſigt̄ vitā eternā. Unde cū in gratia ſumus dn̄e nr̄e ſum⁹ quaſi in ianua paradiſi. Igit̄ q2 ipa eſt nobis porta ad regnū celorū qd̄ p diē dn̄icā figurat̄/ ideo de illa ſolēnizam⁹ in. vij. fer. que diē dominicā precedit. Quarta ratio eſt vt ſolennitas matris ſolēnitati filij cōtinuetur. Quinta rō eſt vt feſtiui⁹ agatur in die qua deus ab omni opere ꝗeuit.

Ordinatio miſſe quotidiane beate marie virginis que dicit̄ Salue. Pulſato ad miſſā beate marie ꝯueniāt clerici ad eādē p ebdomadā deputati: qui dictis pri⁹ horis btē virgīs in capella eiuſdē: videlicet prima. iij. vi. ⁊. ix. miſſā ſolēniter exequātur. Hoc addito/ ꝙ in inceptione cuiuſlibet hore dicit̄ ſalutatio āgelica: ſcilicet Aue maria gratia genuflectendo ſub ſilentio. Ad miſſam quotidianā beate marie ſacerdoti aſſiſtant dyaconus: ⁊ ſubdyaconus miniſtrātes ei i dalmaticis ⁊ tunicis omni duplici feſto per annum et per oct. natiuitatis domini/ paſche ⁊ penthecoſtes in ſabbatis: ⁊ in dominicis ⁊ i omnibus feſtis que habent inuitatorium triplex. Et in omnibus his Alleluya. a duobus ſuperioribus i ſuperpellicijs cātatur: alias clericis inferioribus i habitu ſemper eodē. Celebratur etiam miſſa beate virginis ſolenniter omni die per annum in capella eiuſdem/ niſi duobus diebus proximis ante paſcha.

¶ Ad miſſam beate virginis quotidianā dicēdā in capella ⁊ in choro īfra aduētū qñ fit plenū ſerui. de ea, niſi i feſto cōceptiōis eiuſdē. Offm̄.

Rorate celi deſup et nubes pluāt iuſtū: aperiatur terra ⁊ germinet ſaluatorem. ℣. Et iuſticia oriat̄ ſimul; ego dn̄s creaui eū. Deinde repetat̄ officium. Rorate. Gloria pr̄i. Tertio repetatur offm̄. Et ſic fiat ibidē per totum annum: etiā īfra paſſionem. Ad miſſam quotidianā de ſancta mar. in capella eiuſdem omni die per annū: niſi duobus dieb⁹ añ paſcha dr̄ vnū Kyrie. ex iſtis ſequētibus videlicet oībus duplicib⁹ feſtis ſiue fiat in choro de tēporalib⁹ ſiue de feſtis ſctōꝝ ꝗbuſcū iſtoꝝ abſq3 verſib⁹: ſcꝫ. Kyrie rex ſplendens vel Kyrie fons bonitatis. In oīb⁹ vero dn̄icis dr̄ abſq3 verſibus vnū eorūdem: vel iſtud ſcꝫ Kyrie rex genitor. Fer. ij. Kyrie. de O rex clemens Fer. iij. Cōditor. Fer. iiij. Cūctipotēs. Fe. v. Orbis factor. Fer. vi. Lux et origo. Sabbō. Kyrie omp̄s. Or.

Iſa. 45. c. B. ibid.

Deus qui de beate marie virginis vtero verbū tuū angelo nunciāte carnē ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibus tuis/ vt qui vere eam dei genitricem credimus eius apud te interceſſionib⁹ adiuuemur. Per eundē. Sequentes memorie fiāt per totum annū ad miſſam eiuſdem in capella: ſcꝫ ſc̄da oro de trini. or. Omp̄s ſempiterne deus. Tertia oro p ꝑpis viuis. or. Omp̄s ſempiterne de⁹ q̄ facis mirabilia. Quarta oro p bn̄factorib⁹ defunctis. or. Omp̄s ſempiterne deus vnica ſalus mor. Quīta oro generalis: ſcilicet Omp̄s ſempiterne deus: qui viuoꝝ. Dicte pdictas orōnes cum ſecretis et poſtcōm. dicit̄ offm̄. Salue ſancta. ¶ Lectio yſaye prophete.

In diebꝰ illis: Locutꝰ est dñs ad achaz dicens. Pete tibi signū a dño deo tuo ī pfundū īferni siue ī excelsū supra. Et dixit achaz. Nō petā: ⁊ nō tētabo dñz. Et dixit Audite ergo domꝰ dauid. Nūquid parū vobis est molestos esse hoībꝰ qꝛ molesti estis et deo meo? Propt̄ hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabit̄ nomen eiꝰ emmanuel. Butyrū et mel comedet: vt sciat reprobare malum: ⁊ eligere bonū. ¶ In capella beate virginis per totū annū gradale cū suo versu cātet̄ a toto choro. Gr. Tollite portas principes vestras ⁊ eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. V. Quis ascendet in mōtem dñi aut quis stabit in loco scō eiꝰ Innocēs manibꝰ et mūdo corde. Nunq̄ enī repetat̄. Gr. post suū V. in missis quotid. de sancta maria neq̄ de trinitate neq̄ de ceteris commemorationibꝰ: nisi in pleno seruicio tantum Alla. V. Aue maria gr̄a plena dñs tecū benedicta tu in mulieribus. Iste Alla. Per totum aduentum dicitur ī choro in commemoratione beate marie: et similiter in capella. Et sciendum est q̄ quotidie per annum dicitur sequentia in capella beate vginis et similiter in choro quando dicitur missa solēniter de eadē. Quādo fit plenū seruitiū de sancta maria per aduentum: vt vna ex istis sequentiis per ordinē similiter dicātur ad missā quotidianā. Sequētia

Missus gabriel de celis verbi baiulus fidelis sacris disserit loquelis cum btā virgine. Verbū bonū et suaue pādit intus in cōclaue: et ex eua formās aue: eue verso nomine. Consequēter iuxta pactū adest verbuz caro factum semp̄ tamē est intactū puellare gremiū. Patrē paritꝰ ignorat et quā hō nō defloꝛat nō torq̄tur nec laborat q̄n parit filiū. Signū audis nouitatꝫ crede soliū ⁊ est satis nō est tue facultatꝫ soluere corrigiā. Grāde signū ⁊ insigne est ī rubo ⁊ ī igne ne appropiet indigne calciatus q̄spiā. Virga sicca sine rore nouo ritu nouo more fructū protulit cū flore sic et virgo peperit. Benedictꝰ talis fructꝰ fructꝰ gaudij nō luctus nō erit adā seductus si de hoc gustauerit. Iesꝰ noster iesus bonus: pie matris piū onus: cuius est in celo thronus nascitur in stabulo. Qui sic est pro nobis natus nr̄os deleat reatus qꝛ nr̄ incolatꝰ hic est ī piculo. Sequētia.

Mittit ad vginē nō quēuis angelū sed fortitudinē suum archāgelū amator hoīs. Fortē expediat p nobꝫ nūciū nature faciat vt p̄iudiciū ī partu virginis. Naturā superet natus rex glorie regnet ⁊ imperet ⁊ zima scorie tollat de medio. Superbientium terat fastigia colla sublimium calcās vi propria potens in p̄lio. Foras eijciat mūdanū principē sponsāq̄ faciat secum participem patrꝫ imperij. Exi q̄ mitteris hec dona dicere reuela veteris velamē littere virtute nuncij. Accede nūcia dic aue cominꝰ dic plena gr̄a dic tecū dñs ⁊ dic ne timeas Virgo suscipias dei depositum in quo perficias casta ppositū ⁊ votū teneas Audit ⁊ suscipit puella nunciū credit et cōcipit et parit filiū sed admirabilem. Consiliarium humani generis et deū fortium et patrē posteris in pace stabilem. Sequentia.

Verbū bonū et suaue personemus illud aue p quod xp̄i fit conclaue virgo mater filia Per qd̄ aue salutata mox concepit fecundata virgo dauid stirpe nata inter spinas lilia. Aue veri salomōis mat̄

bellꝰ gedeonis cuſꝰ magi tribꝰ do
nis laudant puerperiū Aue ſolē ge
nuiſti aue ꝓlē ꝓtuliſti mūdo lapſo
ꝯtuliſti numē ⁊ impiū. Aue mr̄ ver
bi ſūmi maris portꝰ ſignū rubi a-
romatū virga fumi angelorū dña.
Supplicamus nos emēda emenda
tos nos cōmēda tuo nato ad habē-
da ſempiterna gaudia. Sc̄dm lucā

i.ca. C. In illo tp̄e: Miſſꝰ eſt āgelꝰ ga
briel a deo in ciuitatē galilee
cui nomē nazareth/ad virginē de-
ſpōſatā viro: cui nomē erat ioſeph
de domo dauid: et nomē virgis ma
ria. Et ingreſſꝰ angelꝰ ad eā: dixit.
Aue grā plena dñs tecū: benedicta
tu ī mulieribꝰ. Que cū audiſſet tur
bata eſt in ſermone eius: et cogita
bat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et a
it angelus ei. Ne timeas maria: in
ueniſti eni gratiā apud deum. Ec-
ce cōcipies in vtero ⁊ paries filiū ⁊
vocabis nomē eius ieſum Hic erit
magnꝰ: et filius altiſſimi vocabit.
Et dabit illi dñs deꝰ ſedē dauid pa
tris eius/⁊ regnabit ī domo iacob
in eternū: et regni eiꝰ nō erit finis
D. Dixit aūt maria ad angelū. Quo-
mō fiet iſtud: qm̄ virū nō cognoſco
Et rñdēs angelꝰ: dixit ei. Spūſſan
ctus ſuperueniet in te: et virtus altiſ
ſimi obūbrabit tibi. Ideoqꝫ ⁊ quod
naſcetur ex te ſanctū: vocabitur fi
lius dei. Et ecce helizabeth cogna
ta tua: et ipſa cōcepit filiū in ſene-
ctute ſua. Et hic mēſis eſt ſextus il
li q̄ vocatur ſterilis: qꝛ nō erit īpoſ
ſibile apud deū oē verbū. Dixit au
tē maria. Ecce ancilla dñi: fiat mi
chi ſc̄dm verbū tuū. ¶ Et legatur
euā. ad miſſā btē ma. ī eiuſdē capel
la oī die ꝑ annū cū eadē nota qua ⁊
euāgel. ad miſſā de die legendū eſt.
¶ Nota ꝙ ad miſſā quotidianā be
ate marie ſemper dicitur Credo.
qn̄ dicēdū eſt ad miſſā de die. Offer.
Aue maria gratia plena dñs tecum
bñdicta tu in mulieribꝰ et bñdictꝰ
fructꝰ ventris tui. ſine. h. vel quod
uis aliud ad placitum. Secreta.

In mentibus nr̄is q̄s dñe ve-
re fidei ſacramēta cōfirma vt
qui cōceptum de virgine deum ve-
rū et hominē firmiter cōfitemur ꝑ
eiuſdē ſalutifere incarnationis po
tentiā ad eternam mereamur per-
uenire leticiā. ꝑ eūd. Prefa. Et te ī
veneratiōe. Et dr̄ hec ꝑfatio quot.
in capella: et etiā ī cōmemorationi
bus eiuſdē ꝑ totū annū niſi a nati.
dñi vſqꝫ ad purifica. Cōio Ecce vir
go cōcipiet et pariet filium et voca
bitur nomē eiꝰ emanuel. Poſtcōio

Gratiā tuā q̄s dñe mētibꝰ nr̄is
infunde: vt qui angelo nūciā
te xp̄i filij tui incarnationē cogno
uimꝰ: ꝑ paſſionē eius ⁊ crucē ad re
ſurrectiōis gl'iam ꝑducamur. Per
eundē. ¶ Hec predicta poſtcōio ſcʒ
Gratiā. dicitur in paſc. tp̄e vſqꝫ ad
vig. aſcēſiōis dñi excluſiue qn̄ poſt
aliquā miſſā fit mēo. de btā maria:
cū officio Salue ſctā. ¶ Notādū ē
ꝙ ī oībꝰ feſtis btē marie ꝑ totū ānū
⁊ quotidie ītra oc. ⁊ ī oc. eiuſd. dr̄ ea
dē miſſa ī capella q̄ dicēda eſt ī cho-
ro: ita tn̄ ꝙ epl'a nō mutetur ꝑ oct.
¶ Ad miſſam de ſancta maria ī die
natiui. dñi et quotidie ab hinc vſqꝫ
ad purificatio. in capella ⁊ ī choro
qn̄ fit plenū ſeruitiū. De qua offi̅.

Vultū tuum depre ps. 44
cabūtur omēs di
uites plebis addu
centur regi virgi
nes poſt eam pxi
me eiꝰ adducētur
tibi: ī leticia et ex
ultatione. ps. Eructauit cor meū ibid.
verbū bonū: dico ego opa mea re-
gi. Nū autē dr̄. Glia ī excel. cū vſ.
Spūs et alme or. habet dici oībus

ſabbatis in capella cum hoc cãtu.



Glori a in excelſis deo

¶ In choro aũt quater in anno videlʒ i vltima ꝯmemoratiõe btẽ virginis añ aduẽtũ dñi ⁊ añ. lxx. ⁊ tũc dr̃ Spũs ⁊ alme. a toto choro dicetur: etiã in choro in oc. aſſũ. et nati. btẽ marie a tribꝰ clericis de ſupiori gradu in ſuppellicijs ad gradũ chori.

¶ Et ſciẽdũ eſt ꝙ quãdocũq̃ dr̃ in choro vel extra vſus. Spũs ⁊ alme. dr̃ ſup Kyrie. cãtus de Kyrie omps. et iſte ſeqns cãtꝰ ſup Scũs. cũ hac additiõe Bñdictꝰ marie filius. Et dr̃ iſte cantus ſup Agnus dei. Oratio

DEꝰ q̃ ſalutis eterne btẽ marie virginitate fecũda humano generi pmia ꝑſtitiſti tribue q̃s vt ipſã ꝓ nobis intercedere ſentiamꝰ ꝑ quã meruimꝰ auctorẽ vite ſuſcipe dñm nr̃m ieſum xp̃m filiũ tuũ. Qui te.

Lectio ep̃le btĩ pauli ap̃li. Ad titũ.

CArisſime: Apparuit benignitas et humanitas: ſaluatoris noſtri dei. Non ex operibꝰ iuſticie que fecimꝰ nos: ſed ſecũdum ſuam miaʒ ſaluos nos fecit. Per lauacrũ regenerationis et renouatiõis ſpiritꝰ ſcti quẽ effudit in nos abunde: per ieſum xp̃m ſaluatorẽ nr̃m. Ut iuſtificati gr̃a ipſius heredes ſimꝰ ſcdm ſpem vite eterne. In xp̃o ieſu dño nr̃o. Gr. Specioſꝰ forma pre filiis hoĩʒ diffuſa eſt gr̃a in labiis tuis. Vꝰ. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus ſcribe: velociter ſcribẽtis. Alla. V. Poſt partũ virgo inuiolata ꝑmanſiſti: dei genitrix intercede pro nobis. Hoc Alla. dr̃ in cõmẽoratione btẽ marie i choro in tp̃e nati. dñi: et etiã quotid. i capella. Itẽ i die purifica. dicit᷑ Alla. V. Adorabo. i choro ⁊ i capel. vñs. i eodẽ die purifi. Quãcũq̃ ẽni ſit plenũ ſeruitiũ de ſancta maria dr̃ vna ex iſtis ſequẽtiis ꝑ ordinem. Seq.

ps. 44

ibid.

POſt partũ virgo maria. Dei genitrix fecũda gr̃a tonãtis plena Aue terrarũ dña alma celorũ regina. Tibi ethera omniſq̃ ſctõꝝ turma depromat ſimphonia. Tellꝰ flumina atq̃ ſiluaꝝ nemora reſultent voce ſua. Salue parẽs inclita felix puerpa. Per te lux ⁊ veritas mũdo eſt edita Tu ieſũ papilla lactaſti ſacra extãs virgo feta mater intacta Unde nr̃is exa faue votis dña/ xp̃ʒ interpellãs ꝓ ſalute hũana. Per te mr̃ aboleri filiorũ flagitamꝰ crimina. Noſq̃ oẽs traduc i ſempiterna paradiſi gaudia. Quo perennis vite perfruamur glia. Alia ſequẽtia.

AUe maria gratia plena dñs tecũ virgo ſerena. Bñdicta tu in mulieribꝰ. Que peperiſti pacem hominibus et angelis gloriã. Et bñdictꝰ fructꝰ vẽtris tui. Qui coheredes vt eſſemꝰ ſui nos fecit ꝑ grãm. Per hoc autẽ aue mũdo tam ſuaue ꝯtra carnis iura Genuiſti ꝑlẽ nouũ ſtella ſolẽ noua genitura. Tu parui ⁊ magni leõis ⁊ agni ſaluatoris xp̃i templũ extitiſti ſed virgo itacta. Tu floris et roris pãnis et paſtoris virginũ regia roſa ſine ſpina genitrix es facta Tu ciuitas regis iuſticie. Tu mr̃ es mie. Theophilum reformans gratie. De lacu fecis et miſerie. Ergo maris ſtella verbi dei cella ⁊ ſolis aurora. Paradiſi porta ꝑ quã lux eſt orta natũ tuum ora. Nos vt ſoluat a pctis et in regno claritatis quo lux lucet ſedula collocet per ſecula. Alia ſeq.

LEtabũdꝰ exultet fidelis chorus allã. Regẽ regum itacte profudit thorus res mirãda. Angelus cõſilij nat⁹ eſt de virgine ſol de ſtella. Sol occaſum neſciens ſtella ſemper rutilãs ſẽp clara. Sicut ſyd⁹ radiũ pfert virgo filiũ pari forma. Neq ſyd⁹ radio neq mater filio fit corrupta Cedrus alta libani conformatur yſopo valle nra. Verbũ ens altiſſimi corporari paſſũ eſt carne ſũpta Iſayas cecinit ſynagoga meminit nunq̃ tñ deſinit eſſe ceca. Si non ſuis vatibus credat vel gẽtilibus ſibilinis verſib⁹ hec predicta. Infelix ꝑpera / crede / vel vetera / cur dãnaberis gens miſera? Quẽ docet lra: natũ conſidera. Ipſum genuit puerpa aliã. Alia ſeq̃.

Hac clara die turma feſtiua dat preconia. Mariã cõcrepãdo ſymphonia nectarea. Mũdi dña q̃ eſt ſola caſtiſſima virginum regia Salutis cauſa vite porta atq celi referta gratia. Nã ad illã ſic nuncia olim facta angelica Aue maria gr̃a dei plena per ſecula. Mulierũ pia agmina intra ſẽp bñdicta. Virgo et grauida mẽ intacta ꝑle glorioſa. Cui ↄtra maria hec reddit famina. In me quomõ tua iã fiet nũcia Viri noui nullã certe copulam Ex quo atq nata ſũ incorrupta. Diuus miſſ⁹ ita reddit affata. Flatu ſacro plena fies maria Noua efferẽs gaudia celo tre natiꝑ exordia Intra tui vtri clauſtra portãs q̃ gubernat etna Oia q̃ dat tp̃a pacifica. alia ſeq̃.

Aue mũdi ſpes maria: aue mitis / aue pia / aue plena gr̃a. Aue virgo ſingularis q̃ ꝑ rubũ deſignaris non paſſum incẽdia. Aue roſa ſpecioſa / aue ieſſe virgula Cuius fruct⁹ noſtri luctus relaxabat vincula. Aue carẽs ſimili mũdo diu flebili reparaſti gaudia Aue cuius viſcera contra mortis federa edidere filiũ. Aue virginũ lucerna per quã fulſit lux ſuperna his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua naſci et de cui⁹ lacte paſci rex celorũ voluit. Aue gẽma celi luminariũ Aue ſcti ſpũs ſacrariũ. O q̃ mirabilis et q̃ laudabilis hec eſt virginitas In qua ꝑ ſpm̃ facta paraclitũ fulſit fecunditas. O q̃ ſctã q̃ ſerena q̃ benigna q̃ amena eſſe virgo creditur. Per quã ſeruit⁹ finit porta celi aperitur et libertas reddit. O caſtitatꝫ liliũ tuũ p̃care filiũ qui ſal⁹ eſt humiliũ. Ne nos ꝓ nro vicio i flebili iudicio ſubiciat ſupplicio. Sed nos tua ſctã prece mundans a peccati fece. Collocet in lucis domo. Amẽ dicat oĩs homo. Alia ſeq̃ntia

Hodierne lux diei celebris in matris dei agitur memoria. Decãtem⁹ i hac die ſemꝑ virginis marie laudes et preconia. Oĩs homo omni hora ipſã ora: et implora eius ꝓcinia Pſalle pſallꝫ niſu toto cordis oris voce voto aue plena gr̃a. Aue dña celorũ inexperta virorũ parens paris neſcia. Fecundata ſine viro genuiſti modo miro genitorẽ filia. Florẽs ortus auſtro flãte porta clauſa poſt et ãte via viris luia. Fuſa celi rore tell⁹ fuſum gedeonis vell⁹ deitatꝫ pluuia. Salue ſplẽdor firmamenti tu caligi noſe mẽti deſuper irradia. Placa mare maris ſtella ne inuoluat nos procella et tempeſtas obuia. Iſte ſeq̃ntie dĩr quãdo fit plenũ ſeruitium de ſancta maria extra aduẽtũ ꝑ totum annũ. etiã in lxx. vſq ad caput ieiunij. Nõ q̃ eni dr tractus ad miſſam de ↄmẽo. btẽ marie i ecclia ſar: ſed ſeq̃. ſemꝑ etiã ꝑ totã .xl. ad miſſã quotidianã de ea. Et tunc q̃ plures dicunt i dñicis Aue p̃clara

Euangelium. Secundum lucam.

In illo tp̃e: Paſtores loq̃bantur ad inuicem Tranſeamus vſq̃ bethleẽ/⁊ videamꝰ hoc verbū qđ factū eſt: qđ fecit dñs ⁊ oſtendit nobis. Et venerũt feſtinãtes/⁊ inuenerũt mariã ⁊ ioſeph: ⁊ infãtẽ poſitū in pſepio. Videntes aũt: cognouerũt de vbo qđ dictū erat illis de puero hoc. Et oẽs q̃ audierũt mirati ſũt: et de his q̃ dicta erãt a paſtoribꝰ ad ipos. Maria aũt ꝯſeruabat oĩa verba hec: ꝯferẽs ĩ corde ſuo. Et reuerſi ſũt paſtores glorificãtes ⁊ laudantes deū: ĩ oĩbꝰ que audierãt et viderant: ſicut dictū eſt ad illos. Offer.

Offerent̃ regi virgines poſt eã proxime eius offerentur tibi. Secreta

Oblatis dñe muneribꝰ ſuppliciter deprecamur vt q̃ veram verbi tui incarnationẽ fideliter veneramur: verã eiuſdem ſubſtantiã carnis ac ſãguinis quã ꝑ ſpm̃ ſctm̃ virgo mater edidit ĩ hoc pſenti myſterio ſalubriter ꝑcipiamꝰ. P. Pref. Mi per incarnati. Cõio. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum. Poſtcõ.

Da q̃s miſericors deꝰ eius nos ꝯtinua intercesſiõe vegetari cuiꝰ integra virginitate ſuſcepimꝰ auctorẽ nr̃e ſalutis dñʒ nr̃m ieſū xp̃m filiū tuū. Qui te. Sequẽtes memorie fiãt ꝑ totũ annũ ad miſſam eiuſdẽ ĩ capella. Scđa orõ de trinitate. Or.

Omĩp̃s ſẽpiterne deus q̃ dediſti famulis tuis in cõfeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoſcere: et in potẽtia maieſtatis adorare vnitatẽ q̃s vt eiuſdẽ fidei firmitate ab omnibꝰ ſẽꝑ muniamur aduerſis. In qua viuis. Tertia orõ pro ep̃is viuis et ſubditis. Oratio

Omĩp̃s ſẽpiterne deꝰ q̃ facis mirabilia magna ſolꝰ pretende ſuper famulos tuos pontifices ⁊ ſuper cũctas cõgregationes illis cõmiſſas ſpm̃ grẽ ſalutaris: ⁊ vt ĩ veritate tibi cõplaceãt: perpetuũ eis rorẽ tue bñdictiõis infũde. Per. Quarta orõ ꝓ bñfactoribus defũctis. Orõ

Omĩp̃s miſericors deꝰ vnica ſalꝰ mortaliū: te ſupplicit̃ exoramꝰ ꝓ aĩabꝰ famuloꝝ famularũq̃ tuaꝝ parẽtū et bñfactoꝝ nr̃oꝝ: vt interueniẽte btã dei genitrice maria cū oĩbꝰ ſctis tuis pctõꝝ eis largiri digneris indulgẽtiã: ⁊ ĩ nouiſſimo die btẽ reſurrectionis leticiã. Quinta orõ gñalis ꝓ viuis ⁊ defũctis. Or.

Omĩp̃s ſẽpiterne deꝰ q̃ viuoꝝ dñaris ſimul ⁊ mortuoꝝ: oĩumq̃ʒ miſereris quos tuos fide ⁊ opere futuros eẽ pnoſcis te ſupplices exoramꝰ: vt ꝓ q̃bꝰ effũdere pces decreuimꝰ: quoſq̃ vel pſens ſeclm̃ adhuc ĩ carne retinet vel futurū iã exutos corpore ſuſcepit: pietatꝭ tue clemẽtia oĩm delictoꝝ ſuoꝝ veniam et gaudia conſeq̃ mereantur eterna. Per dñm. De trinitate. Secreta.

Sanctifica dñe q̃s deꝰ trinitas ſctã per tui ſcti nominis inuocationem huius oblationis hoſtiã ⁊ per eam noſmetipſos tibi perfice munus eternum. Qui viuis ⁊ reg. Pro ep̃is viuis et ſubditis. Secr.

Hoſtias q̃s dñe famuloꝝ tuorum placatus intẽde: ⁊ quas in honore nominis tui deuota mẽte pro eis celebramus: proficere ſibi ſentiãt ad ſalutẽ. Per dñm. Pro benefactoribus defunctis. Secr.

Sanctifica q̃s dñe hec fidelium omniū vitalia ſacramenta et preſta: vt ꝑ ea interueniẽte btã dei genitrice maria cū oĩbꝰ ſãctis tuis hoc ipſum ꝓficiat aĩabus famuloꝝ famularũq̃ tuarũ parẽtū et bñfactoꝝ nr̃oꝝ vt ab oĩbꝰ vicijs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eũd. Pro viuis ⁊ defunct. Secr.

Deus cui ſoli cognitus eſt numerus electoꝝ ĩ ſuperna felicitate locãdus: tribue q̃s vt vninerſorū quos in oꝛ̃one cõmẽdatos ſuſcepim⁹ ſiue oīm fideliū nomina btē pꝛedeſtinationis liber aſcripta retineat. P. De trinitate. poſtcõio.

Proficiat nobis ad ſalutē coꝛporis et aīe dñe deus nr̄ hui⁹ ſacramẽti ſuſceptio: et ſempiterne ſancte trinitatis eiuſdemq; in diuidue vnitatis confeſſio. In qua vi. Pꝛo ep̄is et ſubditis. Poſtcõio.

Quos celeſti recreas munere dñe ꝑpetuo comitare p̄ſidio et quos fouere non deſinis dignos fieri ſẽpiterna redẽptione cõcede. Per. Pꝛo benefactoꝛib⁹. Poſtcõio.

Viuificet nos q̄ſ dñe ſalutare quo paſti ſum⁹ ſacramẽtū: et interueniẽte btā dei gẽitrice maria cū oīb⁹ ſctis tuis ꝓcede: vt hoc ipm̄ ꝓficiat aīab⁹ famuloꝝ famularūq; tuaꝝ parẽtū et bñfactoꝝ nr̄oꝝ ad ꝓmerẽdā ꝓpiciatiõis tue grām pcipiẽdãq; future reſurrectiõis gliã ſẽpiternã. P eũd. Pꝛo viuis et def. p⁹c.

Pro celeſtis cõuiuij ſocietate grãs tibi referim⁹ rex et ſacerdos nr̄ maieſtatē tuã humiliter rogãtes: vt hec ſacroſctã coꝛporis et ſãguinis tui hoſtia nõ ſit nobis reat⁹ ad penã ſed īterceſſio ſalutaris ad veniã ſit ablutio ſcelerū: ſit foꝛtitudo fragiliū ſit cõtra oīa mūdi pericula firmamentū: ſit viuoꝝ atq; moꝛtuoꝝ fideliū remiſſio oīm delictoꝝ. Per te ſaluatoꝛ mũdi rex glie. Qui vi. ¶ Ad miſſã de ſcã ma. a purificatio. vſq; ad adue. dñi. ī capella et in choꝛo qñ fit plenū ſeruitiū de ea niſi ī fe. et ꝑ oc. et⁹d. offīm.

ſedulius

Salue ſancta parẽs enixa puerpera regẽ qui celū terrãq; regit ī ſecula ſeculoꝝ. In tpe paſcha. alleluya. Ps. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. Oratio.

Concede nos famulos tuos q̄ſ dñe deus perpetua mentis et coꝛpoꝛis ſalute gaudere: et glorioſa beate marie ſemper virginis interceſſione a p̄ſenti liberari triſticia: et eterna perfrui leticia. Per dominū. Lectio libꝛi ſapientie. Eccleſiaſtici.

Ab initio et ante ſecula creata ſum: et vſq; ad futurum ſeculum non deſinã: et in habitatione ſancta coꝛam ipſo miniſtraui. Et ſic in ſyon firmata ſum: et in ciuitate ſctificata ſimiliter requieui: et ī hieruſalē ꝑtãs mea. Et radicaui in ꝑplo honoꝛificato: et ī partes dei mei hereditas illi⁹: et ī plenitudine ſanctoꝝ: detentio mea. Gꝛ. Benedicta et venerabilis es virgo maria q̄ ſine tactu pudoꝛis inuẽta es mater ſaluatoꝛis. V⁹. Virgo dei genitrix quem totus non capit oꝛbis in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Sciẽdū eſt ꝙ ſi ī tpe pa. fiat de feſto ãnũciatiõis btē ma. ī capella erit hmõi. Alla. V. Per te dei genitrix. et ſeq̄ꝛ Al. V. Aue maria. Itẽ ī die aſſũptio. b. marie. dñica infra oct. et ī oct. die. Alla. V. Hodie maria vgo. ī choꝛo et ī capel. ꝑ oc. A. V. Aſſũpta eſt. in choꝛo et ī capella. Itẽ in natiui. btē marie dñica īfra oct. et in oct. die. Alla. V. Natiuitas glioſe. in choꝛo et in capella: et ꝑ oct. Alla. V. Per te dei gẽitri. in choꝛo et in capella. Sciẽdū eſt ꝙ a purificatiõe vſq; ad lxx. et a Deus oīm. vſq; ad aduentū dñi qñ fit plenū ſeruí. de ſcã ma. quacūq; fer. cõtigerit ſeq̄r vẽ ſeq̄ns. Alla. V. Salue virgo mater dei templū ſcti ſpirit⁹ q̄ ſola vocari digne meruiſti regina celoꝝ et dña. niſi in tpe paſc. tunc enī ſemꝑ erit pꝛimū. Alla. V. Per te dei genitrix eſt nobis vita ꝑdita data q̄ de celo ſuſcepiſti ꝓlē

14
B.

et mũdo genuiſti ſaluatorẽ, et ſic dz Alla. qñ fit plenũ ſeruitiũ de reſurrectiõe ſicut i alio feſto cũ regimĩe chori dr ſeq̃. vna de ſupnotatis In capella aũt p̄mũ. Alla. ℣. Per te dei genitrix. Scdm vo Alla. diuerſimode dr p totã ebd. vz die do. Alla ℣. Obtine ſacris p̄cib⁹ pia dei genitrix veniã delictoꝝ tuis ſupplicib⁹. ¶ Fe. ij. Alla. ℣ Poſt partũ virgo inuiolata pmãſiſti dei genitrix intercede p nobis. ¶ Fe. iij. Alla. ℣. Ora p nobis pia virgo maria vnde xp̄s natus eſt / p nobis pctõribus ora. ¶ Fe. iiij. Alla. ℣. Virtutes celi te venerant virgo maria tuum vnigenitũ contẽplãtes ad dexterã dei pris i poteſtate et maieſtate magna. ¶ Fe. v. Alla. ℣ Veni electa mea et ponã in te thronũ meũ q2 cõcupiuit rex ſpeciẽ tuã. ¶ Feria. vi. Alla. ℣. Salue virgo. vt ſu. Sab. Alla. ℣. Virga ieſſe floruit virgo deũ et hoĩem genuit pacẽ de⁹ reddidit i ſe recõciliãs yma ſũmis. Iſta ſeptẽ. Alla. dr̄ i capella btẽ marie a purificatiõe vſq ad aduentũ dñi extra ſeptuageſimã vſq ad paſſiõ, niſi q extra tp̄s paſche i loco illi⁹, Alla. ℣. Poſt partũ. dr Alla. ℣. Per te dei genitrix. vt ſupra. et exceptis tpibus pnotatis. Similiter in tp̄e paſ. qñ celebrat miſſa de ſctã maria ſine nota: vel poſt miſ. fit mẽo, tũc primũ Alla. etc. ℣. Per te dei genitrix. et ſcdm Alla. ℣. Poſt ptũ. In ebd. paſc. etiã dr Or. Bñdicta et venerabilis. ad miſ. quotid. de ſcta maria vſq ad ſabbatũ et nõ in ipo ſabba. Seq dr p ordinẽ vna de ſex ſupra notatis vel quis alia per totũ annũ ad placitũ. Scdm lucã.

IN illo tp̄e: Loquente ieſu ad turbas: extollẽs vocẽ quedã mulier de turba: dixit illi. Beatus vẽter qui te portauit: et vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo: beati q audiũt verbũ dei: et cuſtodiunt illud. ¶ Aliud euãgeliũ in tẽpore paſchali. Secundum iohannem

19. c. IN illo tp̄e: Stabãt iuxta crucẽ ieſu mater ei⁹ / et ſoror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cũ vidiſſet ergo ieſus matrẽ et diſcipulũ ſtãtẽ quẽ diligebat dixit matri ſue. Mulier / ecce fili⁹ tu⁹. Deinde dixit diſcipulo. Ecce mr̃ tua. Et ex illa hora: accepit eã diſcipul⁹ i ſua. Offer. Felix nãq es ſacra virgo maria et oĩ laude digniſſima q2 ex te ort⁹ eſt ſol iuſticie xp̄s deus nr̃ allã. et finiat cũ Allã. qñcũ q dr extra ſep. vſq ad paſcha. et niſi i vigil. aſſũptionis tũ. Secr.

TUa dñe ppiciatione et beate marie ſp virginis interceſſiõe ad perpetuã atq preſentẽ hec oblatio nobis proficiat proſperitatẽ et pacẽ. p. Prefa. Et te in veneratiõe. Co. Btã viſcera marie virginis q portauerũt eterni patris filiũ. In tp̄e paſ. Co. Vera fides geniti purgauit crimina mũdi et tibi virginitas inuiolata manet allã allã. Poſtc.

SUmptis dñe ſalutis nr̃e ſubſidijs da qs. eius patrociniis nos vbiq protegi: in cuius veneratiõe hec tue obtulimus maieſtati. Per. ¶ Miſſa pro pace. Officium.

DA pacẽ dñe ſuſtinẽtibus te: vt pphete tui fideles inueniãt exaudi p̄ces ſerui tui et plebis tue iſrael. In tp̄e paſ. alla. al. ℣. Letat⁹ ſũ i his q dicta ſũt michi i domũ dñi ibimus. Or.

DEus a quo ſctã deſideria recta cõſilia et iuſta ſũt opa: da ſeruis tuis illã quã mũd⁹ dare nõ poteſt pacẽ: vt et corda nr̃a mãdatis tuis dedita et hoſtiũ ſublata formidine tp̄a ſint tua protectione trãqlla

Per dn̄m. Lectio libri machabeorū.

2.c.1 A. In diebꝰ illis Oronē faciebāt ſacerdotes dn̄ō offerrēt ſacrificiū p̄ p̄p̄lo iſrl̄: ionatha īchoāte: ceteris aūt rn̄dētibꝰ ꝛ dicētibꝰ. Benefaciat vobis deꝰ: ꝛ meminerit teſtamēti ſui qd̄ ad abrahā ꝛ yſaac ꝛ iacob locutꝰ eſt ſeruoꝝ ſuoꝝ fideliū. Et det vobis cor oībꝰ: vt colatꝭ eū et faciatis eiꝰ voluntatē. Adaperiat cor vr̄m ī lege ſua/ ꝛ ī p̄ceptꝭ ſuis ꝛ faciat pacē. Exaudiat orōnes vr̄as et recōcilietᷣ vobis: nec vos deſerat B. in tp̄e malo: dn̄s deꝰ vr̄. Gr. Letatus ſū ī his q̄ dicta ſūt michi in domū dn̄i ibimꝰ. ℣. Fiat pax ī virtute tua ꝛ abūdātia ī turribꝰ tuis. Allā. ℣. Qui poſuit fines tuos pacē: et adipe frumēti ſatiat te. S. Iohēm.

16.c B In illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Ecce venit hora ꝛ iā venit: vt diſpergamini vnuſquiſq; in propria/ ꝛ me ſolū relinquatis. Et nō ſū ſolus: q2 mecum pater eſt. Hec locutus ſū vobis vt ī me pacē habeatꝭ. In mūdo p̄ſſurā habebitꝭ. Sed cōfidite ego vici mūdū. Offer. Deus tu cōuerſꝰ viuificabis nos et plebs tua letabit̄ ī te: oſtēde nobis dn̄e mīaꝫ tuā: ꝛ ſalutare tuū da nobis. In tp̄e paſc. allā allā. Secreta.

Deus q̄ credētes ī te p̄p̄los nullis ſinis concuti terroribus dignare p̄ces ꝛ hoſtias dicate tibi plebis ſuſcipe vt pax tua pietate cōceſſa xp̄ianorū fines ab oī hoſte faciat eſſe ſecuros. Per. Cōio. Amen dico vobis quicq̄d orantes petitis credite quia accipietis ꝛ fiet vobis. In tp̄e paſch. allā allā. Poſtcōio.

Deus auctor pacis ꝛ amator quē noſſe viuere: cui ſeruire regnare eſt p̄tege ab oībꝰ īpugnationibꝰ ſupplices tuos vt q̄ ī defenſione tua cōfidimus: nullius hoſtilitatis arma timeamus. Per dn̄m.

¶ Miſſa pro rege. Officium.

Protector noſter aſpice deꝰ ꝛ reſpice ī faciē xp̄i tui q2 melior eſt dies vna ī atrijs tuis ſup milia. allā al. p lx Ps. Quā dilecta tabernacla tua dn̄e virtutū: cōcupiſcit ꝛ deficit aīa mea in atria dn̄i. ibid. Or.

Quēſumꝰ oīp̄s deꝰ vt famulꝰ tuꝰ rex nr̄ N. q̄ tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula: virtutū etiā oīm p̄cipiat īcremēta q̄bꝰ decēter ornatꝰ ꝛ vicioꝝ voraginē deuitare ꝛ hoſtes ſuperare: ꝛ ad te q̄ via veritas ꝛ vita es gratioſꝰ valeat p̄uenire. Per d. Epla. Orationē faciebant ſacerd. vt s. in miſſa pro pace. Gr. Saluū fac ſeruū tuū deus meus ſperantē in te. ℣. Auribꝰ percipe dn̄e orationē meā. Allā. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus ꝛ ab inſurgētibus in me libera me. Sc̄dm marcū.

